

# Vitruve / Auguste Choisy

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque de l'INHA

Choisy, Auguste (1841-1909), Vitruve (0090?-0020? av. J.-C.). Vitruve / Auguste Choisy. 1909.

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'oeuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF. Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n°78-753 du 17 juillet 1978 :

\*La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.

\*La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer [ici](#) pour accéder aux tarifs et à la licence

2/ Les contenus de Gallica sont la propriété de la BnF au sens de l'article L.2112-1 du code général de la propriété des personnes publiques.

3/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

\*des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.

\*des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.BnF.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

4/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est le producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

5/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

6/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur, notamment en matière de propriété intellectuelle. En cas de non respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

7/ Pour obtenir un document de Gallica en haute définition, contacter [reutilisation@bnf.fr](mailto:reutilisation@bnf.fr).













AUGUSTE CHOISY

---

# VITRUVÉ

---

TOME III

TEXTE ET TRADUCTION

LIVRES VII-X

TEXTES ANNEXES

---

PARIS

IMPRIMERIE-LIBRAIRIE LAHURE

9, RUE DE FLEURUS, 9

---

MDCCCXCIX







**VITRUVÉ**





4° Ae

AUGUSTE CHOISY

VITRUVÉ

TOME III

TEXTE ET TRADUCTION

LIVRES VII-X

TEXTES ANNEXES

PARIS

IMPRIMERIE-LIBRAIRIE LAHURE

9, RUE DE FLEURUS, 9

MDCCCXCIX



34.855

1911

1911

1911

1911



## PRÉFACE

Ce volume contient, indépendamment des derniers livres du *Traité d'architecture*, les emprunts faits dans l'antiquité soit à Vitruve, soit aux sources où Vitruve a puisé, savoir :

L'opuscule architectural de Faventinus ;

Les passages de Palladius et de Pline qui ont trait à l'architecture.

On y a joint un devis de Pouzzoles, qui précise le vocabulaire technique.

THE STATE

The State of New York, in and for the County of Albany, do hereby certify that the following is a true and correct copy of the original as the same appears in the files of the State Department of Education, at Albany, New York, this 10th day of June, 1910.

Attest: \_\_\_\_\_  
Secretary of Education

# VITRUVÉ

---

LIVRE VII

(LES AIRES ET LES REVÊTEMENTS)



## LIBER SEPTIMUS

1 Majores cum sapienter tum etiam utiliter instituerunt, per commentariorum relationes cogitata tradere posteris, ut ea non interirent, sed, singulis aetatibus crescentia, voluminibus edita, gradatim pervenirent vetustatibus ad summam doctrinarum subtilitatem.

Itaque non mediocres sed infinitae sunt his agenda gratiae, quod non invidiose silentes praetermiserunt, sed omnium generum sensus conscriptionibus memoriae tradendas curaverunt.

2 Namque, si non ita fecissent, non potuissemus scire, quae res in Troja fuissent gestae; nec quid Thales, Democritus, Anaxagoras, Xenophanes reliquique physici sensissent de rerum natura; quasque Socrates, Platon, Aristoteles, Zenon, Epicurus aliique philosophi hominibus agenda vitae terminationes finissent; seu Croesus, Alexander, Darius ceterique reges, quas res aut quibus rationibus gessissent, fuissent notae: nisi majores, praeceptorum comparationibus, omnium memoriae ad posteritatem commentariis extulissent.

3 Itaque, quemadmodum his gratiae sunt agenda: sic contra qui, eorum

## LIVRE SEPTIÈME

Nos ancêtres ont aussi utilement que sagement établi la coutume de transmettre à la postérité, par les relations de leurs mémoires, les fruits des méditations, afin que ceux-ci ne périssent pas, mais, se développant d'âge en âge, édités en volumes, graduellement ils parvinssent par l'effet du temps à la suprême finesse des doctrines.

Aussi ce ne sont pas des actions de grâce modérées, mais infinies, qu'il leur faut rendre de ne s'être pas tus d'un silence jaloux, mais d'avoir pris soin de transmettre au souvenir par leurs recueils les pensées de tous genres.

Car, s'ils n'avaient pas fait ainsi, nous n'aurions pas pu savoir quels événements se sont accomplis à Troie; ni ce que Thales, Démocrite, Anaxagore, Xénophane et tous les autres physiciens ont pensé sur la nature des choses; ni quelles règles ont tracées aux hommes pour la conduite de la vie Socrate, Platon, Aristote, Zénon, Épicure et les autres philosophes. Crésus, Alexandre, Darius et les autres rois, nous ignorerions quelles actions (ils ont faites) et par quels moyens ils les ont accomplies, si nos ancêtres, dans des recueils d'enseignements, n'avaient par des mémoires porté (les choses) au souvenir de tous jusqu'à la postérité.

Aussi de même qu'à ceux-ci des actions de grâces doivent être rendues:



scripta furantes, pro suis praedicant, sunt vituperandi; quique non propriis cogitationibus scriptorum nituntur, sed invidis moribus aliena violantes gloriantur, non modo sunt reprehendendi sed etiam, qui[a] impio more vixerunt, poena condemnandi.

Nec tamen hae res non vindicatae curiosius ab antiquis esse memorantur; quorum exitus judiciorum qui fuerint, non est alienum quemadmodum sint nobis traditi explicare.

4 Reges Attalici, magnis philologiae dulcedinibus inducti, cum egregiam bibliothecam Pergami ad communem delectationem instituissent, tunc item Ptolemaeus, infinito zelo cupiditatisque incitatus studio, non minoribus industriis ad eundem modum contenderat Alexandriae comparare.

Cum autem summa diligentia perfecisset, non putavit id satis esse nisi propagationibus, in seminando, curaret augendam :

Itaque, Musis et Apollini ludos dedicavit; et, quemadmodum athletarum, sic, communium scriptorum victoribus praemia et honores constituit.

His ita institutis, cum ludi adessent, iudices litterati, qui ea probarent, erant legendi :

par contre ceux qui, leur dérochant des écrits, les proclament comme leurs, sont méprisables; et ceux des écrivains qui ne prennent pas l'essor dans leurs propres méditations, mais qui, par des pratiques jalouses, ravissant les choses d'autrui, s'en font une gloire : ceux-ci non seulement doivent être réprimandés, mais condamnés au châ-timent comme ayant vécu d'une manière criminelle.

Et en effet on raconte que ces actes ont été réprimés par les anciens non sans une certaine attention; et il n'est pas hors de propos de rapporter quelles ont été les conclusions de leurs jugements :

Comme les rois Attales, mus par les grands charmes des lettres, avaient institué à Pergame une bibliothèque pour l'agrément de tous : alors de même, Ptolémée, incité par un zèle infini et par un esprit de rivalité, s'était efforcé avec non moins d'ardeur d'en rassembler une de même genre à Alexandrie.

Et, après l'avoir achevée avec une extrême diligence, il jugea que ce n'était point assez s'il n'entreprenait point, en répandant la semence, de l'accroître en rejetons :

Aussi il consacra des jeux à Apollon et aux Muses; et, de même qu'(on en décerne) aux athlètes, de même pour les vainqueurs des écrits en concours, il institua des récompenses et des honneurs.

Les choses étant ainsi organisées, comme les jeux étaient proches, des juges lettrés étaient à choisir pour prononcer sur ces (écrits) :

5 Rex, cum jam [s]ex civitatis lectos habuisset, nec tam cito septimum idoneum inveniret, retul[it] ad eos qui supra bibliothecam fuerunt et quaesivit, si quem novissent, ad id expeditum.

Tunc ei dixerunt esse quendam Aristophanem, qui summo studio summaque diligentia cotidie omnes libros ex ordine perlegeret.

Itaque, conventu ludorum, cum secretae sedes iudicibus essent distributae, cum ceteris Aristophanes citatus, quemadmodum fuerat locus ei designatus, sedit.

6 Primo poetarum ordine ad certationem inducto, cum recitarentur scripta, populus cunctus significando monebat iudices, quod probarent :

Itaque, cum ab singulis sententiae sunt rogatae, sex una dixerunt; et, quem maxime animadverterunt multitudine placuisse, ei primum praemium, insequenti, secundum tribuerunt. Aristophanes vero, cum ab eo sententia rogaretur, eum primum renuntiari iussit qui minime populo placuisset.

Cum autem rex et universi vehementer indignarentur, surrexit, et rogando impe[t]ravit ut paterentur se dicere.

Itaque, silentio facto, docuit unum ex his, eum, esse poetam; ceteros aliena recitavisse : oportere autem iudicantes non furta sed scripta probare.

Le roi, quand il en eut six choisis dans la ville, n'en trouvant pas aussi vite un septième convenable, en référé à ceux qui étaient préposés à la bibliothèque, et leur demanda s'ils ne connaîtraient pas quelqu'un à ce apte.

Alors ils lui dirent qu'il y avait un certain Aristophane qui, chaque jour, avec un zèle extrême et une extrême diligence, lisait entièrement l'un après l'autre tous les livres.

Aussi, dans l'assemblée des jeux, lorsque les sièges réservés furent assignés aux juges, Aristophane, convoqué avec les autres, prit place à l'endroit qui lui fut indiqué.

Une première série de poètes ayant été introduite pour le concours, pendant la lecture des écrits, le peuple entier par des signes indiquait aux juges pour lequel ils devaient se prononcer.

Aussi, lorsqu'ils furent individuellement appelés à voter, six se prononcèrent de même : à celui qu'ils avaient remarqué plaire le plus à la multitude, ils attribuèrent la première récompense; au suivant, la seconde. Quant à Aristophane, lorsqu'il fut appelé à voter, il conclut à déclarer premier celui qui avait le moins plu au peuple.

Or, comme le roi et l'assemblée entière étaient vivement indignés, il se leva et par ses instances obtint qu'on l'autorisât à parler.

Et ainsi, le silence rétabli, il émit l'avis qu'un seul était poète : que les autres avaient lu des vers d'autrui : or faut-il que les juges donnent leur approbation non à des larcins mais à des écrits.

Admirante populo et rege dubitante, fretus memoria, e certis armariis infinita volumina eduxit et, ea cum recitatis conferendo, coegit ipsos furatos de se confiteri :

Itaque rex jussit cum his agi furti; condemnatosque cum ignominia dimisit; Aristophanem vero amplissimis muneribus ornavit, et supra bibliothecam constituit.

7 Insequentibus annis, a Macedonia Zoilus — qui adoptaverat cognomen ut Homeromastix vocitaretur — Alexandriam venit, suaque scripta contra Iliadem et Odyssean comparata, regi recitavit.

Ptolemaeus vero, cum animadvertisset poetarum parentem philologiaeque omnis ducem absentem vexari, et cujus ab cunctis gentibus scripta suspicerentur, ab eo vituperari, indignans nullum ei dedit responsum. Zoilus autem, cum diutius in regno fuisset, inopia pressu[s] summisit ad regem, postulans ut aliquid sibi tribueretur.

8 Rex vero respondisse dicitur : « Homerum, qui ante annos mille decessisset, aevo perpetuo multa milia hominum pascere; item debere qui meliore ingenio se profiteretur, non modo unum, sed etiam plures alere posse ».

Et ad summam, mors ejus, ut parricidii damnati, varie memoratur :

Le peuple s'étonnant et le roi hésitant, fort de sa mémoire, il fit tirer d'armoires déterminées des volumes non classés; et, les confrontant avec ce qui avait été lu, il contraignit ceux qui avaient commis le larcin, à l'avouer eux-mêmes.

Aussi le roi ordonna qu'il leur fût intenté un procès de vol; et, condamnés, il les renvoya avec ignominie. Quant à Aristophane, il le pourvut de très amples présents, et le mit à la tête de la Bibliothèque.

Quelques années après, Zoïle — qui avait choisi comme surnom d'être appelé le fouet d'Homère — vint de Macédoine à Alexandrie, et lut au roi ses écrits composés contre l'Iliade et l'Odyssée.

Quant à Ptolémée, voyant avec peine que le père des poètes et le chef de toute la littérature est maltraité en son absence, lui dont les écrits ont mérité l'admiration de tous les peuples, indigné, il ne lui donna aucune réponse. Et, de son côté Zoïle, après un assez long séjour dans le royaume, pressé par l'indigence, adressa une requête au roi, demandant que quelque (secours) lui fût accordé.

Quant au roi, il répondit, dit-on : « Qu'Homère, qui a cessé de vivre depuis mille ans, nourrit perpétuellement beaucoup de milliers d'hommes: que, de même, celui qui se prétend d'un génie meilleur peut en nourrir non seulement un mais de plus nombreux encore ».

Et, en somme, sa mort, comme condamné pour crime de parricide, est

Alii enim scripserunt a Philadelpho esse in crucem fixum; nonnulli, C[hii, in] eum lapides esse coniectos; alii, Zmyrnae, vivum in pyram coniectum.

Quorum utrum ei acciderit, merenti digna constitit poena: non enim aliter videtur promereri, qui citat eos quorum responsum, quid senserint scribentes, non potest coram indicari.

9<sup>1</sup> Ego vero, Caesar: neque alienis indicibus mutatis, interposito nomine meo, id profero corpus; neque, ullius cogitata vituperans, institui ex eo me adprobare. Sed omnibus scriptoribus infinitas ago gratias quod, egregiis ingeniorum sollertiis ex aevo conlatis, abundantes alius alio genere copias praeparaverunt: unde nos, uti fontibus haurientes aquam, et ad propria proposita traducentes, facundiores et expeditiores habemus ad scribendum facultates; talibusque confidentes auctoribus audemus institutiones novas comparare.

Igitur, tales ingressus eorum [habens]<sup>2</sup>, qu[os] ad propositi mei rationes animadverti praeparatos: inde sumendo, progredi coepi.

10 Namque, primum, Agatharchus Athe-

diversement racontée: Les uns ont écrit que, sur l'ordre de Philadelphie, il fut mis en croix; d'autres, qu'il fut lapidé à Cos; d'autres, qu'à Smyrne il fut jeté vif sur un bûcher.

Quel que soit celui de ces (supplices) qu'il ait subi, ce fut une juste peine appliquée à qui la méritait. Et celui-là ne mérite point d'être traité autrement, qui met en cause des hommes dont la réplique au sujet de ce qu'ils ont pensé en écrivant, ne peut lui être personnellement notifiée.

Quant à moi, César, ce n'est pas en effaçant les traces des autres pour substituer mon nom, que je mets en avant ce corps (de doctrine); et ce n'est pas en dénigrant les méditations de qui que ce soit, que j'ai entrepris de me faire approuver à ses dépens. Mais à tous les écrivains je rends des grâces infinies de ce que, recueillant du passé les excellentes finesses du génie: ils nous ont préparé, l'un dans un genre, l'autre dans un autre, d'abondants matériaux; d'où, puisant comme l'eau aux sources, et faisant application à nos propres desseins, nous tirons pour nos propres écrits des éléments plus multiples et plus à portée; et c'est sur la foi de telles autorités que nous osons constituer des enseignements nouveaux.

Donc, suivant parmi leurs traces celles que j'ai considérées comme préparées pour mon dessein, et partant de là, je me suis mis à marcher en avant:

Or, pour la première (fois), à Athè-

1. Chap. III du manuscrit de Breslau...

2. Édit. Schneid. : Mot omis.



nis, Aeschylus docente tragoediam<sup>1</sup>, scaenam fecit; et de ea commentarium reliquit.

- 11 Ex eo moniti, Democritus et Anaxagoras de eadem re scripserunt, quem ad modum oporteat : ad aciem oculorum radiorumque extentionem, certo loco centro constituto<sup>2</sup>, lineas ratione naturali respondere; uti, de incerta re certae imagines, aedificiorum in scaenarum picturis redderent speciem et, quae in directis planisque frontibus sint figurata : alia abscedentia, alia prominentia esse videantur.

Postea :

- 12 Silenus de symmetriis Doricorum edidit volumen;
- 13 De aede Junonis quae est Sami [ion]ica<sup>3</sup> : [Th]eodorus;
- 14 De ionica, Ephesi quae est Dianae : Ch[er]siph[r]on<sup>4</sup> et Metagenes;
- 15 De fano Minervae quod est, Priene, ionicum : P[yl]theos<sup>5</sup>;
- 16 Item, de aede Minervae doric[a] quae est Athenis in arce : Ict[i]nos<sup>6</sup> et Carpion;
- 17 Theodorus Phocaeus : de tholo qui est Delphis;
- 18 Philo : de aedium sacrarum symme-

nes, tandis qu'Eschyle faisait répéter une tragédie, Agatharque fit une (peinture de) scène; et, à ce sujet, il laissa un mémoire.

Avertis par là, Démocrite et Anaxagore écrivirent sur le même sujet : Comment, un centre étant établi en un lieu déterminé, il faut que les lignes répondent suivant une loi naturelle à la direction du regard et à la propagation des rayons, pour que des images déterminées d'une chose indéterminée rendissent dans les peintures des scènes l'aspect de bâtiments, et que des objets qui sont figurés sur des façades droites et plates paraissent être les uns fuyants, les autres proéminents.

Ensuite :

- Silenus mit au jour un volume sur les symmétries des (édifices) doriques;
- Sur l'édifice [ion]ique de Junon qui est à Samos : Théodore;
- Sur l'ionique de Diane qui est à Éphèse : Chersiphron et Métagène;
- Sur le sanctuaire de Minerve à Priène, qui est ionique : Pytheus;
- De même, sur l'édifice dorique de Minerve qui est à Athènes : Ictinus et Carpion;
- Théodore de Phocée : sur la rotonde qui est à Delphes;
- Philon : sur les symmétries des

1. Sans corr. : « ad scaenam ».

2. Édit. Schneid. Sans corr. : « ad lineas. »

3. Les manuscrits portent « dorica ». Si, comme il est probable, le temple auquel Vitruve fait allusion est celui dont les ruines nous sont parvenues, la correction [ion]ica paraît légitime. Le nom de l'architecte est écrit « Zeodorus », ou « Zeodoricus ».

4. Sans corr. : « Cresiphon », ou « Chresiphon ».

5. Les manuscrits portent « Phyleos », ou « Phileos ».

6. Sans corr. : « Ictionos ». Le nom qui lui est associé est peut-être une altération de Callistrate.

triis, et de armamentario quod fecerat<sup>1</sup> Piraei portu;

19 Hermogenes : de aede Dianae ionic[a] quae est Magnesia[e] : pseudo-dipteros; et Liberi Patris, [T]eo<sup>2</sup>, mono-pteros.

20 Item, Ar[c]e[si]us<sup>3</sup> : de symmetriis corinthiis, et ionico Trallibus Aesculapio, quod etiam sua manu dicitur fecisse;

21 De Mausoleo : Sat[y]rus et Pytheus<sup>4</sup>.

Quibus vero felicitas maximum summumque contulit munus : quorum enim artes aevo perpetuo nobilissimas laudes et sempiterno florentes habere judicantur, et cogitatis egregias operas praestiterunt;

22 Namque,

Singulis frontibus, singuli artifices sumpserunt certatim partes ad orandum et probandum :

Leochares, Bryaxes, Sc[o]pas<sup>5</sup>, Praxitel[e]s; nonnulli etiam putant Timotheum : Quorum artis eminens excellentia coegit ad septem spectaculorum ejus operis pervenire famam.

Praeterea :

23 Minus nobiles multi, praecepta symmetriarum conscripserunt; uti :

Nexaris, Theocydes, Demophilos,

édifices sacrés et sur l'arsenal qu'il a fait au port du Pirée;

Hermogène : sur l'édifice ionique de Diane à Magnésie, qui est pseudo-diptère; et sur celui de Bacchus à Téos, (qui est) monoptère.

De même Arcesius : sur les symmétries corinthiennes; et sur l'(édifice) ionique d'Esculape à Tralles, que même il exécuta, dit-on, de sa propre main;

Sur le Mausolée : Satyrus et Pytheus :

A ceux-ci la félicité accorda une très grande et suprême faveur; car des hommes dont les talents sont jugés à tout jamais dignes des plus nobles éloges et éternellement florissants, leur ont prêté aussi par leurs inventions un concours hors ligne.

En effet;

Des artistes rivalisant entre eux ont entrepris, chacun pour sa part, d'ordonner et mettre en réception chacun une façade; (ce sont :)

Leochares, Bryaxes, Scopas, Praxitèle ou, selon quelques-uns, Timothée; et l'éminente excellence de leur talent a fait parvenir cette œuvre à la renommée (d'une) des sept merveilles.

En outre,

Des (hommes) moins illustres, en grand nombre, ont traité des règles des symmétries. Tels :

Nexaris, Théoclyde, Démophile, Pol-

1. Sans corr. : « fuerat ».

2. Sans corr. : « et eo ».

3. Corr. de Rose. Les copistes ont écrit « Argesilus »; Schneid. lit « Argelius », ou « Tarchelius ».

4. Sans corr. : « Phiteus ».

5. Sans corr. : « Scaphas Praxitelis ».

Pollis, Leonides, Silanion, Melampus, Sarnacus, Euphanor.

Non minus :

24 De machinationibus; uti :

Diades, Archytas, Archimedes, Ctesibios, Nymphodorus, Philo Byzantius, Diphilos, Democles, Charidas, Polyidos, Phyrros, Agesistrat[o]s.

25 Quorum ex commentariis quae utilia esse his rebus animadverti, collecta in unum coegi corpus.

26 Et id : eo maxime, quod animadverti in ea re ab Graecis volumina plura edita; ab nostris, oppido quam pauca :

27 Fuficius enim mirum de his rebus primus instituit edere volumen;

28 Item Terentius Varro : de novem disciplinis, unum de architectura;

29 P. Septimius : duo;

30 Amplius vero, in id genus scripturae, adhuc nemo incubuisse videtur : cum fuissent et antiqui cives magni architecti; qui potuissent, non minus eleganter, scripta comparare.

Namque :

31 Athenis, Antistates et Call[a]eschros et Antimachides et Pormos architecti, Pisistrato, aedem Jovi Olympio facienti, fundamenta constituerunt;

Post mortem ejus, propter interpellationem Rei publicae, incepta reliquerunt.

lis, Léonide, Silanion, Mélampus, Sarnacus, Euphanor.

Et enfin,

Au sujet des machines, (ont écrit,) entre autres :

Diades, Archytas, Archimède, Ctésibius, Nymphodore, Philon de Byzance, Diphilos, Democles, Charidas, Polyidos, Phyrros, Agesistrate.

Les choses qui, dans les mémoires de ces (écrivains), m'ont paru être utiles à mon sujet, je les ai groupées en les rassemblant en un corps unique.

Et cela, d'autant surtout que j'ai remarqué qu'à ce sujet les volumes publiés par les Grecs sont nombreux; par les nôtres, en nombre extrêmement petit :

En effet, sur ce sujet, Fuficius le premier donna l'exemple de publier un volume, (qui est) admirable;

Terentius Varron, (dans son traité) des Neuf sciences : un sur l'architecture;

P. Septimius : deux.

Hors de là, personne ne s'est encore adonné à ce genre de littérature : bien que nos antiques citoyens eussent été aussi de grands architectes, qui eussent pu avec non moins d'élégance composer des écrits.

En effet :

A Athènes, les architectes Antistate et Callaeschos et Antimachides établirent, pour Pisistrate qui faisait un édifice à Jupiter olympien, les fondements;

Mais, après la mort de (Pisistrate), à raison des troubles de la république, abandonnèrent l'(œuvre) commencée.

32 Itaque, circiter annis [quadringent]is<sup>1</sup> post, Antiochus rex, cum in id opus impensam esset pollicitus :

33 Cellae magnitudinem;

34 Et columnarum circa dipteron conlocationem;

35 Epistyliorumque et ceterorum ornamentorum ad symmetriam distributionem,

36 Magna sollertia scientiaque summa, civis Romanus Cossutius nobiliter est architectatus.

Id autem opus, non modo vulgo, sed etiam in paucis, a magnificentia nominatur :

37 Nam, quattuor locis, sunt aedium sacrarum marmoreis operibus ornatae dispositiones, e quibus proprie de his nominationes clarissima fama nominantur; quorum excellentiae, prudentesque cogitationum apparatus, suspectus habent in Deorum [caerimonia]<sup>2</sup>.

38 Primumque, Aedes Ephesi Dianae :

Ionico genere ab Ch[er]siph[r]one<sup>3</sup> Gnosio et filio ejus Metagene est instituta;

39 Quam postea Demetrius, ipsius Dianae servus, et Paeonius Ephesius dicuntur perfecisse;

40 M[i]leti :

Apollini, item ionicis symmetriis, idem Paeonius, Daphnisque Milesius instituerunt;

Et ainsi, environ [quatre cents] ans plus tard, le roi Antiochus ayant offert les fonds pour cet ouvrage :

Sa salle, qui est immense;

Et, au pourtour, l'installation diptère des colonnes;

Et la disposition des architraves et autres accessoires selon la symétrie :

Ce fut un citoyen romain, Cossutius, qui glorieusement les exécuta comme architecte, avec une grande habileté et une science suprême.

Or cet ouvrage est renommé pour sa magnificence non seulement chez le vulgaire mais chez l'élite.

Car, en quatre lieux, sont des dispositions d'édifices sacrés ornées d'ouvrages de marbre à raison desquels, à juste titre, leurs noms sont prononcés avec une très éclatante renommée : (édifices) dont l'excellence et les combinaisons savamment conçues inspirent les respects dans le [culte] des Dieux.

Et d'abord, à Éphèse, l'édifice de Diane :

Il a été, suivant le genre ionique, mis en train par Chersiphron de Cnosse et son fils Métagène;

Plus tard, Démétrius, esclave de Diane elle-même, et Paeonius d'Éphèse l'ont, dit-on, achevé.

A Milet :

Pour Apollon, et aussi en symétries ioniques, ce même Paeonius et Daphnis de Milet ont mis en train (un édifice).

1. Chiffre des manuscrits : « ducentis ». Corrigé par Schneider, d'après Meursius.

2. Éd. Rose. Sans corr. : « sesemaneo ».

3. Sans corr. : « Cresiphone ».



41 Eleusine :

Cereris et Proserpinae cellam inmani  
magnitudine Ictinos dorico more, sine  
exterioribus columnis, ad laxamentum  
usus sacrificiorum, pertexit;

42 Ea[m] autem postea, cum Demetrius  
Phalereus Athenis rerum potiretur:  
Philo, ante templum in fronte columnis  
constitutis, prostylon fecit.

Ita aucto vestibulo, laxamentum ini-  
tiantibus, opérèque summam adjecit  
auctoritatem.

43 In Asty vero :

Olympi[um]<sup>1</sup>,

44 Amplo modulorum comparatu,

45 Corinthiis symmetriis et proportio-  
nibus,

46 Uti supra scriptum est, architectan-  
dum Cossutius suscepisse memoratur :

47 Cujus commentarium nullum est  
inventum.

48 Nec tamen a Cossutio solum, de his  
rebus scripta, sunt desideranda : sed  
etiam a G. Mutio qui, magna scientia  
confisus, aed[i]s Honoris et Virtutis  
Mari[a]nae<sup>2</sup> cellae, columnarumque  
et epistyliorum symmetrias legitimis  
artis institutis perfecit :

49 Id vero, si marmoreum fuisset, ut  
haberet, quemadmodum ab arte subti-  
litate, sic ab magnificentia et inpen-

A Éleusis :

La salle de Cérès et Proserpine, de  
grandeur énorme, de genre dorique,  
sans colonnes extérieures, répondant  
en étendue à l'usage du culte, Ictinus  
la couvrit en totalité;

Et plus tard, lorsque Démétrius de  
Phalère était au pouvoir à Athènes,  
Philon, à l'aide de colonnes établies à  
l'avant de la plate-forme, en façade,  
rendit (cette salle) prostyle.

Ainsi, par l'addition d'un vestibule,  
il dota les initiants d'un surcroît  
d'espace et l'œuvre d'une suprême  
dignité.

Enfin, dans la ville (d'Athènes) :

L'(édifice) Olympien,

A ample détermination des mo-  
dules;

A symmétries et proportions corin-  
thiennes :

Ainsi qu'il a été écrit plus haut, on  
rapporte que Cossutius en fut chargé  
comme architecte.

De lui, aucun mémoire n'a été  
trouvé.

Et pourtant, sur ces matières, ce  
ne sont pas seulement des écrits de  
Cossutius qu'il faudrait souhaiter, mais  
aussi de G. Mutius qui, fort d'une  
grande science, a accompli d'après les  
règles correctes de l'art les symmétries  
de la salle et des colonnes et des archi-  
traves de l'édifice de Marius, de l'Hon-  
neur et de la Vertu.

Or celui-ci, s'il eût été de marbre  
de manière à avoir au même degré et  
l'élégance (qui vient) de l'art et la

1. Sans corr. : « adolympium ».

2. Sans corr. : « mariniana ».

sis auctoritatem : in primis et summis operibus nominaretur.

50 Cum ergo, et antiqui nostri inveniuntur non minus quam Graeci fuisse magni architecti et, nostra memoria, satis multi; et, ex his, pauci praecepta edidissent, non putavi silendum : sed disposite, singulis voluminibus de singulis expone[re].

51 Itaque, quoniam sexto volumine privatorum aedificiorum rationes perscripsi : in hoc, qui septimum tenet numerum, de expolitionibus, quibus rationibus et venustatem et firmitatem habere possint, exponam.

dignité (qui vient) de la magnificence et de la dépense : on le citerait parmi les premières et suprêmes œuvres.

Donc puisque et nos ancêtres et, de notre temps, un assez grand nombre (des nôtres) doivent être reconnus comme ayant été non moins grands architectes que les Grecs; et que, parmi eux, peu ont édité des préceptes, j'ai cru qu'il ne fallait point garder le silence : mais, méthodiquement, traiter de chaque (sujet) en un volume (spécial).

Ainsi, puisque dans le sixième volume j'ai développé les règles des bâtiments privés : dans celui-ci, qui porte le septième numéro, j'expliquerai, au sujet des enduits, par quels moyens ils peuvent avoir et élégance et fermeté.

[I]

## [DE RUDERATIONE] (ET PAVIMENTIS)

1 Primumque incipiam de ruderatione, quae principia tenet expolitionum, uti curiosius summaque providentia solidationis ratio habeatur.

2 Et si plano pede erit eruderandum :

Quaeratur solum, si sit, perpetuo solidum, et ita exaequetur;

Et inducatur, cum statumine, rudus.

3 Sin autem omnis, aut ex parte, congesticius locus fuerit :

Fistucationibus cum magna cura solidetur.

4 In contignationibus vero :

Diligenter est animadvertendum :  
Ne qui, paries qui non exeat ad summum, sit extractus sub pavementum; sed potius, relaxatus, supra se pendentem habeat coaxationem :

Cum enim solidus exit,

5 Contignationibus arescentibus aut pandatione s[i]dentibus : Permanens

[I]

[DU BÉTONNAGE]  
(ET DES AIRES DAMÉES)<sup>1</sup>

Et d'abord, au sujet du bétonnage, qui est l'essentiel des revêtements, (je dirai) par quel soin et quelle extrême attention on peut en assurer la solidité.

Et dans le cas où il y aura à bétonner de plain-pied :

Que l'on cherche, s'il existe, un sol uniformément ferme; et qu'ainsi on nivelle;

Et que le béton soit étendu, avec radier de fondation.

Mais si, en totalité ou en partie, l'emplacement est de remblai :

Que, par des pilonnages, il soit affermi avec grand soin.

Si au contraire (on doit bétonner) sur solivages :

Il faut soigneusement prendre garde  
Que, nulle part, une cloison qui ne monte pas jusqu'au sommet (de l'édifice) ne soit maçonnée en (raccord avec le) dessous de l'aire; mais que plutôt, laissant un vide, elle ait le planchéiage en porte-à-faux au-dessus d'elle.

En effet, si (la cloison) monte rigide :

Les solivages se desséchant et s'affaissant par flexion : (cette cloison,)

1. Voir tome I, p. 37.

structurae soliditate, dextra ac sinistra secundum se facit in pavimentis, necessario, rimas.

Item, danda est opera :

6 Ne commisceantur axes aesculini quercu : Quod quercei, simul umorem perceperunt, se torquentes, rimas faciunt in pavimentis.

7 Sin autem aesculus non erit, et necessitas coegerit propter inopiam :

Querceis sic videtur esse faciundum,

Ut secentur tenuiores : Quo minus enim valuerint, eo facilius, clavis fixi, continebuntur.

Deinde :

8 In singulis tignis, extremis partibus, ax[e]s bini clav[i]s figantur : uti nulla ex parte possint se, torquendo, anguli excitare.

9 Namque, de cerro, aut fago, seu farno, nullus ad vetustatem potest permanere.

Coaxationibus factis :

10 Si erit, flex ; si non, palea substernatur : uti materies ab calcis vitis defendatur.

Tunc, insuper :

11 Statuminetur : ne minore saxo, quam qu[od] possit manum implere.

Statuminationibus induct[i]s :

restant invariable par la rigidité de sa maçonnerie, détermine nécessairement, à droite et à gauche le long d'elle, des fissures dans les aires.

De plus, il faut avoir soin :

Que des planches d'aesculus ne soient point mêlées de chêne : parce que (les planches) de chêne, à mesure qu'elles s'imprègnent d'humidité, se tourmentant, déterminent des fissures dans les aires.

Mais si l'on n'a point d'aesculus et que, à défaut, la nécessité impose (des planches de chêne) :

Avec ces (planches) de chêne, il paraît y avoir lieu de faire en sorte ;

Qu'elles soient débitées fort minces : Moins en effet elles auront de force, plus elles seront facilement maintenues (étant) fixées par des clous.

Ensuite :

Que, sur une même solive, deux planches (qui se trouvent bout à bout) soient fixées par des clous, pour que nulle part, en se tourmentant, les abouts ne puissent se relever.

Quant aux (planches) de cerrus, ou de hêtre, ou de frêne : aucune d'elles ne peut se conserver jusqu'à la vétusté.

Les planchéiages faits :

Qu'on fasse une jonchée de fougère, si l'on en a ; sinon, de paille : afin que le bois soit garanti contre les effets nuisibles de la chaux.

Qu'alors, par-dessus,

Un radier de fondation soit fait, en caillou pas moindre que celui qui peut remplir la main,

Les (matériaux du) radier étant épandus :

- 12 Rudus,  
Si novum erit : Ad tres partes, una calcis misceatur;
- 15 Si redivivum fuerit, Quinque ad duum mixtiones habeant responsum.
- Deinde,
- 14 Rudus inducatur; et vectibus ligneis, decuriis inductis, crebriter pinsatione solidetur;
- Et id non minus pinsum, absolutum, crassitudine sit dodrantis.
- Insuper :
- 15 Ex testa nucleus inducatur; mixtionem habens ad tres partes unam calcis.  
Ne minore crassitudine pavementum, digitorum senum.
- Supra nucleum :
- 16 Ad regulam et libellam exacta, pavimenta struantur : sive sectilia, seu tesserae.  
Cum ea exstructa fuerint; et fastigia sua, exstruction[e], habuerint :
- 17 Ita fricentur uti,  
Si sectilia sint : Nulli gradus in scutulis, aut trigonis, aut quadratis, seu favis, extent : sed coagmentorum compositio planam habeat inter se directionem;
- 18 Si tesserae structum erit : Ut eae omnes angulos habeant aequales; cum enim anguli non fuerint aequaliter

Le bétonnage :

S'il est (de rocaille) neuve, Qu'il soit fait par mélange : pour trois parties (de sable), une de chaux;

S'il est (en rocaille) de remploi : Que les mélanges aient correspondance de cinq à deux.

Ensuite,

Que le bétonnage soit étendu; et que, des escouades (de manoeuvres) étant rassemblées, il soit de proche en proche affermi par battage, au moyen de pilons de bois;

Et cela, jusqu'à ce que, achevé, le (massif) battu soit au moins de trois quarts de pied.

Par-dessus :

Soit répandue une gangue à tuileau, contenant comme mélange pour trois parties (de sable), une de chaux.

Que l'épaisseur du pavement (gangue comprise, ne soit) pas de moins de six doigts.

Sur la gangue,

Dégauchis à la règle et au niveau, que les pavements soient maçonnés soit en dalles de sciage, soit en petits cubes.

Lorsqu'ils auront été maçonnés et que, par le fait de leur maçonnerie, ils auront leurs pentes :

Qu'ils soient frottés jusqu'à ce que :

S'ils sont de sciage, aucuns ressauts ne fassent saillie dans leurs losanges, ou triangles, ou rectangles, ou hexagones : mais que l'assemblage des joints entre eux détermine une surface bien plane;

Et que, si l'on a maçonné (les pavements) à l'aide de petits cubes, tous aient leurs angles arasés : car,

pl[a]ni<sup>1</sup>, non erit exacta ut oportet fricatura.

19<sup>2</sup> Item : Testacea, spicata tiburtina, sunt diligenter exigenda : ut ne habeant lacunas nec extantes tumulos, sed [sint] extenta et ad regulam perfricata.

Super fricaturam :

20 Levigationibus et polituris cum fuerint perfecta : Incernatur marmor;

21 [Au]t<sup>3</sup>, supra, Loricae ex calce et harena dirigantur.

Sub diu vero,

Maxime idonea faciunda sunt pavimenta; quod :

23 Contignationes, umore crescentes, aut siccitate decrescentes, seu pandationibus s[i]dentes, movendo se faciunt vitia pavimentis; Praeterea :

Gelicia et pruinae non patiuntur integra permanere.

Itaque,

Si necessitas coegerit; ut minime vitiosa fiant: sic erit faciundum.

24 Cum coaxatum fuerit :

Super, altera coaxatio transversa sternatur; clavisque fixa, duplicem praebeat contignationi loricationem.

tant que les angles ne seront pas uniformément aplanis, la friction ne sera pas achevée comme il faut.

De même, (les pavements) en tuileaux, en épis à la tiburtine, doivent être soigneusement ragrés, de telle sorte qu'ils ne présentent ni flaches ni bosses saillantes, mais qu'ils soient continus et frottés jusqu'(à ce qu'ils se dégauchissent) à la règle.

Par-dessus la surface frottée :

Si (ce) parachèvement a été fait par lissages et polissages : Que du marbre soit tamisé;

[Sinon] : Que des cuirasses en chaux et sable soient dressées (à la surface).

Quant aux aires à ciel ouvert :

Elles doivent être tout spécialement appropriées; parce que :

Les solivages, se gonflant par l'humidité, ou se resserrant par la sécheresse, ou fléchissant par porte-à-faux, causent en se mouvant des dégâts aux aires. En outre :

Les gelées et les givres ne permettent pas que (ces aires) demeurent intactes.

Aussi,

Si la nécessité les impose : pour qu'elles soient le moins défectueuses, voici comment il faudra se comporter :

Après que le planchéage aura été fait :

Que, par-dessus, un second planchéage soit couché transversal; et que, fixé par des clous, il offre au solivage une double cuirasse.

1. Sans corr. : « pleni ».

2. Chap. vi du manuscrit de Breslau.

3. Sans corr. : « et ».





Deinde :

25 Ruderi novo, tertia pars testae tun-  
sae admisceatur;

Calcisque duae partes ad quinque,  
mortarii mixtionibus, praestent res-  
ponsum.

26 Statuminatione facta,

Rudus inducatur;

27 Idque pistum, absolutum, ne minus  
sit pede crassum.

Tunc autem :

28 Nucleo inducto, uti supra scriptum  
est,

29 Pavimentum :

Ex testa grandi, circiter binum  
digitum caesa struatur,

30 Fastigium habens, in pedes denos :  
digitos binos.

Quod, si bene temperabitur et recte  
fricatum fuerit, ab omnibus vitiis erit  
tutum.

31 Uti autem, inter coagmenta, mate-  
ries ab gelicidiis ne laboret :

Fra[c]ibus, quotannis ante hiemem,  
saturetur. Ita, non patietur in se reci-  
pere gelicidii pruinam.

32 Sin autem curiosius videbitur fieri  
oportere :

Tegulae bipedales inter se coagmen-  
tatae, supra rudus, substrata materia,  
conlocentur; habentes, singulis coag-  
mentorum frontibus, exc[i]sos<sup>1</sup> canali-  
culos digitales.

Quibus junctis :

Ensuite :

Qu'à de la rocaille neuve soit ajoutée  
par mélange la troisième partie (de  
son volume) de tuileau pilé;

Et que, deux parties de chaux aient  
correspondance à cinq de sable dans  
les mélanges du bassin de corroyage.

Et, après qu'on aura fait un radier  
(de cailloux) :

Que le bétonnage soit épandu;

Et que la totalité de cette (masse)  
battue soit épaisse d'au moins un pied.

Et alors,

La gangue étant épandue comme il  
a été écrit ci-dessus,

Que le pavement :

Soit maçonné en gros éclats de terre  
cuite, fragmentée à environ deux doigts  
(de côté);

Ayant pour dix pieds une pente de  
deux doigts.

Si cette (pente) est bien réglée et  
le frottage convenablement fait, on  
sera à l'abri de tout défaut.

D'ailleurs, afin que le mortier entre  
les joints ne souffre pas des gelées :

Que chaque année avant l'hiver, il  
soit imbibé de marc d'olives : Ainsi il  
ne se laissera pas pénétrer par le givre  
des gelées blanches.

Et, s'il paraît nécessaire de mettre  
plus de soin :

Que des tuiles de deux pieds, se  
joignant entre elles, soient posées sur  
lit de mortier par-dessus le bétonnage :  
ayant, creusés à chacun des fronts de  
joints, de petits canaux d'un doigt.

Ces (tuiles) étant accolées :

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « excelsos ».

33 Impleatur calx ex oleo subacta; confrienturque inter se coagmenta compressa :

Ita, calx quae erit haerens in canalibus, durescendo cont[ex]teque<sup>1</sup> solidescendo, non patietur aquam neque aliam rem per coagmenta transire.

34 Cum ergo fuerit hoc ita perstratum :

Supra,  
Nucleus inducatur et, virgis caedendo, subigatur;

Supra autem :

35 Sive ex tessera grandi, sive ex spica testacea stru[a]tur, fastigiis quibus est supra scriptum.

Et, cum sic erunt facta, non cito vitiabuntur.

Qu'on fasse un garni en chaux pétrie à l'huile; et qu'on frotte l'une contre l'autre en les serrant les (deux lèvres des) joints :

Ainsi la chaux qui sera adhérente dans les canaux, durcissant et se solidifiant en faisant corps, ne laissera pas passer l'eau ni autre chose à travers les joints.

Et quand ce lit (de tuiles) aura été ainsi entièrement étalé :

Par-dessus :

Que l'on épande la gangue, et qu'en la battant avec des verges, on la pétrisse;

Et par-dessus enfin :

Que l'on maçonne, soit en gros éclats de terre cuite, soit en briquettes (posées) à arête de poisson : suivant les pentes qui ont été ci-dessus prescrites.

Et, lorsque les choses auront été ainsi faites, elles ne se détérioreront pas rapidement.

1. Éd. Rose. Sans corr. : « contestateque solidescendo ».



[II]

[DE MACERATIONE CALCIS AD ALBARIA  
OPERA PERFICIENDA]

1 Cum a pavimentorum cura disces-  
sum fuerit, tunc de albariis operibus  
est explicandum.

Id autem erit recte, si :

2 Glaebae calcis optimae ante multo  
tempore quam opus fuerit, macerabun-  
tur; uti, si qua glaeba parum fuerit in  
fornace cocta: in maceratione diuturna,  
liquore defervere coacta uno te[n]ore  
concoquatur.

Namque,

5 Cum non penitus macerata, sed re-  
cens sumitur :

Cum fuerit inducta, habens latentes  
crudos calculos, pustulas emittit; qui  
calculi, in opere uno tenore cum per-  
macerantur, dissolvunt et dirumpunt  
tectorii politiones.

4 Cum autem habita erit ratio macera-  
tionis, et id curiosius oper[i] praepa-  
ratum erit :

5 Sumatur ascia;

Et, quemadmodum materia dolatur,  
sic calx in lacu macerata ascietur :

6 Si ad eam offenderint calculi : Non  
erit temperata;

[II]

[DE LA MACÉRATION DE LA CHAUX  
POUR L'EXÉCUTION DES TRAVAUX  
DE STUCAGE]

Lorsqu'on en aura fini avec les aires,  
alors il faut aviser aux stucages.

Or cela sera bien, si :

Des mottes de la meilleure chaux,  
longtemps avant l'emploi, sont macé-  
rées; de telle sorte que, si quelque  
part il y a une motte peu cuite au  
four : forcée par l'eau de faire effe-  
rescence dans une macération prolon-  
gée, elle achève de se cuire.

En effet,

Lorsqu'elle est prise non intime-  
ment macérée, mais (de date) récente :

Après qu'elle aura été employée en  
enduit : contenant dissimulés des gru-  
meaux crus, elle pousse des soufflures;  
et ces grumeaux, lorsque de proche en  
proche ils achèvent de se macérer après  
l'emploi, désagrègent et brisent les  
couches lisses de l'enduit.

Quand au contraire la règle de la  
macération aura été observée, et  
qu'ainsi les choses auront été fort  
soigneusement préparées pour le tra-  
vail :

Qu'on prenne une doloire;

Et, de même que le mortier se cor-  
roie, qu'ainsi on triture dans une fosse  
la chaux macérée :

Si des grumeaux heurtent la (do-  
loire) : la chaux ne sera pas à point;

7 Cumque, siccum et purum, ferrum educetur : Indicabit eam evanidam et siticulosam :

Cum vero pinguis fuerit et recte macerata : Circa id ferramentum uti glutinum haerens, omni ratione probabit se esse temperatam.

8 Tunc autem, machinis comparatis : camararum dispositiones in conclavibus expédiantur, nisi lacunariis ea fuerint ornata.

Et le fer, s'il est retiré sec et propre, dénotera qu'elle est éventée et desséchée ;

Si au contraire elle est grasse et convenablement macérée : adhérant comme de la glu autour de ce fer, elle prouvera qu'elle est à tous égards à point.

Et alors, les échafaudages étant installés, que l'on exécute dans les chambres les dispositions des plafonds cintrés : à moins que (ces chambres) ne doivent être ornées de caissons (de menuiserie).

[III]

[DE CAMARARUM DISPOSITIONE,  
TRULLISSIONE ET TECTORIO OPERE]

1 Cum ergo camararum postulabitur ratio, sic erit faciendum :

2 Asseres directi disponantur :

Inter se ne plus spatium habentes, pedes binos ;

Et hi maxime cupress[e]i : quod abiegnei ab carie et ab vetustate celeriter vitiantur.

Hique asseres, cum ad formam circinationis fuerint distributi,

3 Catenis dispositis : ad contignationes — sive tecta erunt — crebriter clavis ferreis fixi, religentur.

4 Eaque catenae ex ea materia comparentur, cui nec caries, nec vetustas, nec umor possit nocere : id est, e buxo, junipero, olea, robore, cupresso ceterisque similibus ; praeter quercum ; quod ea, s[e] torquendo, rimas faci[a]t quibus inest operibus.

Asseribus dispositis, tunc :

5 Tomie[e]<sup>2</sup> e sparto hispanico, harun-

[III]

[DE LA DISPOSITION DES PLAFONDS  
CINTRÉS, DU GOBETAGE  
ET DU TRAVAIL DE REVÊTEMENT]<sup>1</sup>

Lors donc que la disposition en plafonds cintrés sera requise, il faudra procéder ainsi :

Soient disposés des (bois de) chevron,

Ayant entre eux un intervalle d'au plus deux pieds :

Et que, de préférence, (ils soient) de cyprès ; car ceux de sapin sont vite gâtés par la carie et la vétusté.

Et, lorsque ces (bois de) chevron auront été répartis suivant un profil au compas :

Que, par une disposition de liens (pendants), ils se relient, fixés à fréquents intervalles par des clous, aux solivages ou, s'il y a lieu, à la toiture.

Et que ces liens proviennent de bois tels, que ni la carie, ni la vieillesse, ni l'humidité ne puisse nuire : c'est-à-dire de buis, genévrier, olivier, rouvre, cyprès, et autres semblables ; sauf le chêne : parce que celui-ci, se tourmentant, peut faire des fentes aux ouvrages où il est engagé.

Les (bois de) chevron disposés, alors :

Qu'à l'aide de (ligatures en) osier

1. Voir tome I, p. 54; pl. 40.

2. Éd. Philand. Sans corr. : « tomices ».

dines graecae tunsae, ad eos uti forma postulat religentur.

Item :]

6 Supra camaram, materies ex calce et harena mixta subinde inducatur; ut, si quae stillae ex contignationibus aut tectis ceciderint, sustineantur.

7 Sin autem harundinis graecae copia non erit :

De paludibus, tenues, colligantur;

Et, matax[a] aut tomic[e], ad justam longitudinem una crassitudine, alligationibus temperentur : dum ne plus, inter duos nodos, alligation[es]<sup>1</sup> binos pedes distent.

8 Et hae : ad asseres, uti supra scriptum est, tomic[e] religentur;

9 Cultellique lignei in eas configantur:

Cetera omnia : uti supra scriptum est, expediantur.

10 Camaris dispositis et intextis :

Imum caelum earum trullissetur;

Deinde harena d[i]rigatur;

Postea autem, cret[o]<sup>2</sup> marmore poliatur.

11<sup>5</sup> Cum camerae politae fuerint : Subcas, Coronae sunt subiciendae.

d'Espagne, on attache contre eux, à la demande du profil, des roseaux grecs écrasés.

De plus :

Qu'à l'extrados, du mortier à mélange de chaux et sable soit étendu de proche en proche : de telle sorte que, si quelques gouttes viennent à tomber des solivages ou des toitures, elles soient arrêtées.

Si au contraire on n'a pas à sa disposition de roseau grec :

Qu'alors on recueille dans les marais des (roseaux) minces;

Et qu'au moyen de cordelle ou d'osier on en fasse par ligature des faisceaux de longueur convenable et de grosseur uniforme : en ayant soin qu'entre deux nœuds de ligature l'intervalle n'excede pas de deux pieds.

Et que ces (faisceaux) soient, comme il a été ci-dessus écrit, attachés contre les (bois de) chevron à l'aide d'osier;

Et qu'ils soient embrochés par des fiches de bois.

Et que toutes les autres choses soient traitées comme il a été écrit ci-dessus.

Les plafonds cintrés étant disposés et clayonnés :

Que le dessous de leur ciel soit gobeté;

Qu'ensuite on enduise au sable;

Qu'enfin on ravalé au (mortier de) marbre tamisé.

Lorsque les plafonds cintrés auront été ravalés : Au-dessous d'eux doivent être établies les Corniches.

1. Édit. Rose. Sans corr. : « alligationibus ».

2. Édit. Rose. Sans corr. : « creta aut marmore ».

5. Chap. viii du manuscrit de Breslau.

12 Quam maxime tenues et subtile[s] oportere fieri videbitur : cum enim grandes sunt, pondere deducuntur, nec possunt se sustinere;

13 In hisqu[e] minime gypsum debet admisceri : sed, ex c[re]to<sup>1</sup> marmore, uno tenore perduci : uti ne, praeci- piendo, non patiaturo uno tenore opus inarescere.

Etiamque,

14 Cavendae sunt, in camaris, prisco- rum dispositiones : quod earum plani- tiae coronarum, gravi pondere inpen- dentes, sunt periculosae.

15 Coronarum autem sunt figurae [aliae purae<sup>2</sup>], aliae caelatae :

Conclavibus autem ubi ignis aut plura lumina sunt ponenda,

Purae fieri debent, ut eae facilius extergeantur:

16 In aestivis et exhedris, ubi minime fumus est, nec fuligo potest nocere :

Ibi caelatae sunt faciendae ;

17 Semper enim album opus, propter superbiam candoris, non modo ex propriis sed etiam alienis aedificiis, concipit fumum.

18 Coronis explicatis :

Il paraîtra convenable que (ces cor- niches) soient faites le plus possible minces et légères : car lorsqu'elles sont grosses, elles sont entraînées par leur poids et ne peuvent se soutenir ;

Et en elles le plâtre ne doit nulle- ment intervenir ; mais (elles doivent être en mortier) de marbre tamisé, (et) traînées d'une venue : de crainte que (le plâtre), faisant prise plus vite, n'empêche l'ouvrage d'arriver d'une venue à siccité.

Et de plus,

Il faut être en garde, dans les pla- fonds cintrés, contre les dispositions des anciens : car les encorbellements de leurs corniches, surplombant d'un lourd poids, sont dangereux.

Quant aux moulures des corniches, elles sont tantôt lisses, tantôt cise- lées :

Or, dans les salles où doivent être placés du feu ou des lumières nom- breuses,

(Ces moulures) doivent être faites lisses, pour qu'elles soient plus faci- lement nettoyées ;

(Au contraire), dans les (apparte- ments) d'été ou les exèdres, où il n'y a nullement de fumée, et où la suie ne peut pas nuire :

Là elles doivent être faites ciselées ;

Toujours en effet le stuc, à raison de l'éclat de sa blancheur, prend la fumée : et non seulement celle des bâtiments dont il fait partie, mais même celle des voisins.

Les corniches étant achevées :

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « In his quo minime gypsum... sed excepto marmore ».

2. Mots omis ; rétablis par Schneid.

- Parietes quam asperrime trullissentur;
- 19 Postea autem, supra :  
Trullissation[e] subarescente :
- Deformentur d[i]rectiones harenati; uti :
- Longitudines, ad regulam et ad lineam; altitudines, ad perpendiculum; anguli, ad normam respondentes exigantur : namque, sic, emendata tectori[or]um in picturis erit species.
- 20 Subarescente :
- Iterum et tertio, inducatur. Ita, cum fundatior erit; ex harenato d[i]rectura : eo firmior erit ad vetustatem soliditas tectorii.
- 21 Cum ab harena, praeter trullissationem, non minus tribus coriis fuerit deformatum, tunc :
- E marmore grand[i] d[i]rectiones sunt subigendae; Dum ita materies temperetur uti, cum subigatur, non haereat ad rutrum, sed purum ferrum e mortario liberetur.
- 22 Grandi inducto et inarescente :
- Alterum, mediocre, dirigatur;
- 23 Id cum subactum fuerit et bene fricatum :
- Subtilius inducatur.

Que les parois soient gobetées d'une façon aussi rugueuse que possible ;

Et ensuite, par-dessus :

Lorsque le gobetage commence à sécher :

Que l'on fasse le repérage des (applications de mortier) de sable, de telle sorte,

Que les longueurs se dégauchissent répondant à la règle et au cordeau; les hauteurs, au fil à plomb; les angles, à l'équerre : car ainsi, dans les peintures, l'aspect des revêtements sera irréprochable.

(Une première couche de ce crépi) commençant à sécher :

Qu'à nouveau et une troisième fois on crépisse : Ainsi, plus sera profond le crépissage en (mortier) de sable, plus sera ferme pour la durée la solidité du revêtement.

Lorsqu'on aura crépi au sable à trois couches au moins, non compris le gobetage, alors :

Il faut massiver des enduits au marbre grenu; sous la condition que le mortier (de marbre) soit dans un état tel que, lorsqu'on le corroie, il n'adhère point à la pelle; mais que le fer se dégage propre du bassin de corroyage.

La (couche au) marbre grenu étant étendue et commençant à sécher :

Qu'une autre soit étendue, en (mortier de marbre) de moyenne grosseur.

Et, quand celle-ci aura été massivée et bien frottée :

Qu'une (troisième) plus fine soit étendue.



24 Ita : cum tribus coriis harenae, et item marmoris, solidati parietes fuerint : neque rimas neque aliud vitium in se recipere poterunt ; sed, et liaculorum subactionibus fundata soliditate, marmorisque candore firmo levigata : coloribus cum politionibus inductis, nitidos expriment splendores.

25 Colores autem.

[U]do<sup>1</sup> tectorio cum diligenter sunt inducti, ideo non remittunt sed sunt perpetuo permanentes ; Quod :

26 Calx, in fornacibus excocto liquore, facta raritatibus evanida, jejunitate coacta, corripit in se quae res forte contigerunt ; mixtionibusque, ex aliis potestibus conlatis seminibus seu principiis, una solidescendo in quibuscumque membris est formata : cum fit arida, redigitur uti sui generis proprias vide[a]tur habere qualitates.

27 Itaque tectoria quae recte sunt facta, neque vetustatibus fiunt horrida, neque cum exterguntur remittunt colores : nisi si parum diligenter et in arido fuerint induct[i]<sup>2</sup>.

Cum ergo it[a] in parietibus tectoria facta fuerint, uti supra scriptum est, et firmitatem, et splendorem, et ad

Ainsi, lorsque les parois auront été renforcées de trois couches de (mortier de) sable et d'autant de (mortier de) marbre, elles ne seront susceptibles ni de fissures ni d'autres défauts ; mais, le fond étant rendu solide par le massivage des battes, et la ferme blancheur du marbre ayant reçu le poli, (ces parois), après application de couleurs avec les enduits, émettront d'éclatantes splendeurs.

Quant aux couleurs,

Lorsque, le revêtement étant humide, elles lui ont été soigneusement appliquées, elles ne se détachent point, mais sont fixées pour toujours ; et cela, parce que :

La chaux, dépouillée dans les fours de son eau, devenue vide par porosité, affamée, happes les choses qui par hasard se trouvent à son contact ; et, par mélange, empruntant à d'autres puissances des germes ou principes, se raffermissant avec eux dans tous les membres dont elle est formée : dès qu'elle devient sèche, se reconstitue au point de sembler avoir les qualités propres de sa nature.

Aussi les revêtements qui ont été bien faits ne deviennent pas rugueux ; et, lorsqu'on les nettoie, ils ne laissent pas leurs couleurs se détacher : à moins que celles-ci n'aient été appliquées peu soigneusement et sur (la surface déjà) sèche.

Donc, lorsque les revêtements auront été faits ainsi qu'il a été écrit ci-dessus, ils pourront avoir et fer-

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « nudo ».

2. Éd. Schneid. Sans corr. : « inducta. Cum ergo itaque ».

vetustatem permanentem virtutem poterunt habere;

- 28 Cum vero unum corium harenae et unum minuti marmoris erit inductum : tenuitas ejus, minus valendo, faciliter rumpitur : nec splendorem politionibus, propter inbecillitatem crassitudinis, proprium obtinebit.

- 29 Quemadmodum enim : Speculum argenteum, tenui lamella ductum, incertas et sine viribus habet remissiones splendoris; Quod autem e solida temperatura fuerit factum : recipiens in se firmis viribus politionem, fulgentes in aspectu certasque considerantibus imagines reddet :

Sic tectoria. Quae ex tenui sunt ducta materia, non modo sunt rimosa, sed etiam celeriter evanescent. Quae autem, fundata harenationis et marmoris soliditate, sunt crassitudine spissa : cum sunt politionibus crebris subacta, non modo sunt nitentia, sed etiam imagines expressas aspicientibus, ex eo opere, remittunt.

- 30 Graecorum vero tectores :

Non solum, his rationibus utendo, faciunt opera firma; sed etiam,

- 31 Mortario conlocato, calce et arena ibi confusa : decuria hominum inducta, ligneis vectibus pinsant materiam; et, ita ad certamen subacta, tunc utuntur.

meté, et éclat, et vigueur persistant jusqu'à la vétusté;

Au contraire, lorsqu'une seule couche au sable et une seule au menu marbre aura été étendue : sa ténuité ayant moins de force se rompt facilement et, à raison de l'insuffisance d'épaisseur, elle n'acquerra pas par polissages l'éclat qui lui convient.

De même en effet qu'un miroir d'argent obtenu par application d'une mince lamelle, a des réflexions d'éclat incertaines et sans vigueur; et qu'au contraire (un miroir) qui aura été fait à solide constitution, recevant à sa surface un poli énergique, renvoie à ceux qui le regardent des images d'aspect brillant et nettes :

Ainsi des revêtements. Ceux qui ont été faits par application d'un mince mortier, non seulement sont sujets aux fissures, mais disparaissent promptement. Ceux au contraire qui, fondés sur la solidité du revêtement au sable et au marbre, sont de grosse épaisseur : lorsqu'ils ont été serrés par polissages répétés, non seulement sont brillants, mais même par le fait de ce travail ils renvoient à ceux qui les regardent des images précises.

Quant aux stucateurs grecs :

Ce n'est pas seulement par application de ces procédés qu'ils font des ouvrages fermes; mais, en outre :

Après avoir installé un bassin de corroyage et y avoir jeté ensemble la chaux et le sable : recourant à une escouade d'hommes, ils battent le mortier avec des pilons de bois; et, après ce battage en cadence, c'est



32 Itaque, veteribus parietibus nonnulli crustas excidentés,

Pro abacis utuntur;

33 Ipsaque tectoria, abacorum et speculorum divisionibus, circa se prominentes habent expressiones.

34 Sin autem, in craticis, tectoria erunt facienda :

35 Quibus necesse est, in arrectariis et transversariis, rimas fieri : ideo quod, luto cum linuntur, necessario recipiunt umorem; cum autem arescent, extenuati, in tectoriis faciunt rimas.

Id ut non fiat, haec erit ratio :

36 Cum paries totus luto inquinatus fuerit : tunc,

37 In eo opere, cannae clavis muscariis perpetuae figantur;

Deinde,

38 Iterum luto inducto :

39 Si priores transversariis harundinibus fixae sunt, secundae erectis figantur;

Et ita,

40 Uti supra scriptum est, harenatum, et marmor, et omne tectorium inducatur:

Ita, cannarum duplex in parietibus, harundinibus transversis, fixa perpetuas : neq; segmina nec rimam ullam fieri patietur.

alors qu'ils le mettent en œuvre :

Aussi quelques-uns, détachant des croûtes des vieilles parois.

Les emploient en guise de dalles.

Et les revêtements eux-mêmes, aux contours de leurs panneaux carrés et de leurs (compartiments en forme de) miroirs, ont des bordures en relief.

Mais si c'est sur des (cloisons) de clayonnage que les revêtements doivent être faits :

A ces (revêtements) se font nécessairement des fissures le long des pièces montantes et des traverses; parce que, lorsque celles-ci sont hourdées de boue, nécessairement elles absorbent l'humidité; puis, lorsqu'elles viennent à sécher, se contractant, elles font des fissures.

Or, pour que cela n'ait pas lieu, voici le moyen :

Lorsque la cloison tout entière aura été hourdée de boue : alors,

Que, sur cet ouvrage, des cannes soient fixées par files au moyen de clous-broquettes ;

Ensuite :

De la boue ayant été à nouveau étendue :

Si le clouage des premières (cannes) a été fait sur des roseaux transversaux : qu'un clouage de secondes (cannes) se fasse (sur des roseaux) debout.

Et, (les choses étant) ainsi :

Que le (mortier) de sable, et le (stuc de) marbre, et tout le revêtement soit appliqué ainsi qu'il a été ci-dessus écrit.

Ainsi, sur les cloisons : la double file de cannes, clouée aux roseaux qui la recroisent, ne permettra de se faire ni lézardes ni aucune fissure.

[IV]

QUOMODO TECTORIA IN HUMIDIS  
LOCIS FIAN<sup>1</sup>

- 1 Quibus rationibus, siccis locis, tectoria oporteat fieri, dixi. Nunc : quemadmodum, umidis locis, politiones expediantur ut permanere possint sine vitiis, exponam.
- 2 Et, primum, conclavibus quae plano pede fuerint :  
In imo pavimento, alte circiter pedibus tribus : Pro harenato, testa trullissetur et dirigatur, uti eae partes ab umore ne vitientur ;
- 3 Sin autem aliquis paries perpetuos habuerit umores :
- 4 Paululum ab eo recedatur ;  
Et struatur alter, tenuis, distans ab eo quantum res patietur ;
- 5 Et, inter duos parietes,  
Canalis ducatur : inferior quam libramentum conclavis fuerit ; habens nares ad locum patentem.  
Item,
- 6 Cum in altitudinem perstructus fuerit : relinquuntur spiramenta ;

[IV]

COMMENT DOIVENT SE FAIRE  
LES REVÊTEMENTS EN LIEUX  
HUMIDES<sup>1</sup>

J'ai dit de quelles manières les revêtements doivent être faits en lieux secs ; maintenant je vais exposer quelles dispositions il faut prendre pour qu'en lieux humides les enduits puissent durer sans défauts.

Et, d'abord, dans les salles qui devront être de plain-pied (avec le sol) :

Qu'au-dessus du pavement d'en bas, sur une hauteur d'environ trois pieds, au lieu de (mortier de) sable, on emploie pour le gobetage et l'enduit du tuileau pilé, afin que ces parties ne soient point gâtées par l'humidité.

Que si quelque paroi a des suintements continus :

Que l'on se place un peu en retraite par rapport à cette (paroi) ;

Et qu'on en maçonne une autre : mince, distante d'elle autant que les circonstances le permettront ;

Et, dans l'intervalle des deux parois,  
Que l'on creuse en contre-bas de la plate-forme de la chambre, un caniveau ayant des évents à l'air libre.

Puis,

Lorsque la (nouvelle) paroi aura été entièrement maçonnée en hauteur : (qu'au sommet) on ménage des orifices d'aspiration.

1. Voir tome I, p. 42. Le titre est fourni par le manuscrit Harleianus.

Si enim non per nares umor, et in imo et in summo habuerit exitus : non minus in nova structura se dissipabit.

His perfectis,

7 Paries testa trullissetur et dirigatur. Et, tunc, tectorio poliatur.

8 Sin autem locus non patietur structuram fieri :

9 Canales fiant, et nares exeant ad locum patentem;

Deinde :

10 Tegulae bipedales ex una parte supra marginem canalis inponantur;

Ex altera parte,

11 Bessalibus pilae substruantur, in quibus duarum tegularum anguli sedere possint;

12 Et ita a pariete eae distent, ut ne plus pateant palmum.

Deinde, insuper :

13 Erectae, [m]ammatae<sup>1</sup> tegulae, ab imo ad summum parietem figantur;

14 Quorum interiores partes curiosius picentur, ut ab se respuant liquorem.

15 Item, in imo et in summo, supra camaram habeant [spi]ramenta<sup>2</sup>.

Tunc autem,

En effet, si l'humidité n'a pas et au bas et au sommet issue par des événements, malgré tout elle s'imprégnera dans la maçonnerie nouvelle.

Cela fait,

Que la paroi soit gobetée et crépie au tuileau; et, alors, que l'enduit soit appliqué au revêtement.

Mais si l'espace ne permet pas l'établissement d'une (contre-paroi de) maçonnerie :

Que l'on fasse des caniveaux, et que leurs événements aient issue à l'air libre;

Ensuite :

Que des tuiles de deux pieds soient appuyées par un de leurs côtés sur le rebord du caniveau;

Et que sous leur autre côté,

Soient montées des piles en (briques) de huit pouces, sur lesquelles puissent prendre assiette les angles de deux tuiles;

Et qu'ainsi ces tuiles s'arrêtent à distance de la paroi, de manière à laisser (le long de la paroi) un jour d'au plus un palme.

Ensuite, par-dessus :

Que des tuiles à mamelons, posées de champ, soient clouées contre la paroi depuis le bas jusqu'au haut;

Et que les faces internes de ces (tuiles) soient fort soigneusement poissées pour qu'elles ne donnent pas prise à l'eau.

De plus, qu'au bas, ainsi qu'au sommet, au-dessus du ciel courbe, elles aient des événements.

Et alors,

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « ammatae », ou « amatae ».

2. Éd. Schneid. Sans corr. : « stramenta ».

16 Calce ex aqua liquida dealbentur, uti trullisationem testaceam non respuant.

Namque, propter jejunitatem quae est a fornacibus excocta, non possunt recipere nec sustinere, nisi calx subjecta utrasque res inter se conglutinet et cogat coire.

Trullissione inducta :

17 Pro harenato, testa dirigatur.

Et cetera omnia, uti scripta sunt in tectorii rationibus, perficiuntur.

18<sup>1</sup> Ipsi autem :

Politionibus eorum, ornatus proprios debent habere ad decoris rationes : uti, ex locis aptas, et generum discriminibus non alienas, habeant dignitates.

19 Tricliniis hibernis :

Non est utilis, compositione nec me[ga]lographia nec camerarum coronario opere, subtilis ornatus : quod ea, et ab ignis fumo, et ab luminum crebris fuliginibus corrumpuntur ;

In his vero,

20 Supra podia : abaci ex atramento sunt subigendi et poliendi, cuneis sil[a]ceis seu miniaceis interpositis.

Qu'elles soient blanchies au lait de chaux, pour qu'elles ne se refusent pas à l'adhérence du gobetage en (mortier de) tuileau ;

Car, à raison de l'épuisement qui résulte de leur cuisson au four, elles ne peuvent ni le recevoir, ni le retenir : à moins que de la chaux interposée n'agglutine les deux choses entre elles, et ne les force à s'unir.

Le gobetage appliqué :

Qu'au lieu de (mortier de) sable on emploie en enduit (du mortier de) tuileau.

Et toutes les autres choses s'achèvent ainsi qu'elles ont été décrites au sujet des revêtements.

Quant aux (parois) elles-mêmes,

Dans leurs stucages, elles doivent avoir des ornements appropriés aux considérations de convenance : de telle sorte qu'elles aient des caractères en rapport et non en désaccord avec les lieux et les distinctions des genres :

Pour les salles à manger d'hiver :

Point n'est besoin d'un décor à raffinements de composition ou de solennité, ou de corniches sous plafonds cintrés : car ces choses y sont détériorées par la fumée du feu et par les abondantes suies des flambeaux ;

Au contraire, dans ces (salles) :

Au-dessus des revêtements à hauteur d'appui, il faut faire à l'aide d'enduits serrés au noir de fumée, des panneaux avec interposition de compartiments de sil ou de vermillon.

1. Chap. XII du manuscrit de Breslau.

Explicata camar[a] pur[a] et polit[a],  
etiam :

- 21 Pavimentorum non erit displicens,  
si quis animadvertere voluerit, Grae-  
corum ad hibernaculum usum minime  
sumptuosus, et utilis apparatus :

- 22 Foditur enim, in[f]ra<sup>1</sup>, libramen-  
tum triclinii, altitudo circiter pedum  
binum ;

Et,

- 23 Solo festucato, inducitur : aut ru-  
dus aut testaceum pavementum, ita  
fastigatum, ut in canali habe[a]t na-  
res.

- 24 Deinde,

Congestis et spisse calcatis carbo-  
nibus :

- 25 Inducitur, e sabulone, et calce, et  
favilla mixta materies, crassitudine  
semipedali.

Ad regulam et libellam, summo  
libramento cote despumato : redditur  
species nigri pavimenti.

- 26 Ita, conviviis eorum : et quod po-  
culis et [po]tismatis<sup>2</sup> effundatur, si-  
mul cadit siccescitque ;

Quique versantur ibi ministrantes,  
etsi nudis pedibus fuerint, non reci-  
piunt frigus ab ejusmodi genere pavi-  
menti.

1. Éd. Galian. Sans corr. : « intra ».

2. Sans corr. : « sputismatis ».

Le plafond courbe étant achevé lisse  
et poli : à son tour,

Pour les aires, point ne sera déplai-  
sante, si l'on veut y faire attention, la  
disposition utile et nullement coûteuse  
des Grecs à l'usage des appartements  
d'hiver :

En contre-bas de la plate-forme de  
la salle à manger, est pratiquée une  
fouille à profondeur d'environ deux  
pieds ;

Et,

Après avoir pilonné le sol, on le re-  
vét d'un bétonnage damé (de pier-  
railles) ou de tuileaux : arasé à pentes  
telles, qu'il ait issue dans un cani-  
veau ;

Ensuite :

Après avoir entassé des charbons et  
les avoir pilonnés dru,

On fait un revêtement en un mor-  
tier de mélange de gravier et de chaux  
et de suie, sur une épaisseur d'un  
demi-pied :

L'arasement supérieur ayant été épi-  
dermé au grès suivant la règle et le  
niveau, on obtient l'aspect d'une aire  
noire.

Ainsi, dans les festins des (Grecs),  
ce que les coupes et la [distribution  
des boissons] peuvent répandre, est  
séché aussitôt que tombé.

Et ceux qui circulent là pour le ser-  
vice, quand même ils seraient pieds  
nus, ne reçoivent point le froid d'un  
genre d'aire de cette sorte.



[V]

## [DE RATIONE PINGENDI PARIETES]

1 Ceteris conclavibus — id est vernis, autumnalibus, aestivis, etiam atriis et peristyliis — constitutae sunt ab antiquis, e[x] certis rebus, certae rationes picturarum.

2 Namque pictura imago sit ejus quod est, seu potest esse : uti hominis, aedificii, navis : reliquarumque rerum, e quibus finit[is] certisque corporibus, figurata similitudine sumuntur exempla.

3<sup>1</sup> Ex eo :

Antiqui qui initia expolitionibus instituerunt, imitati sunt primum crustarum marmorearum varietates et conlocationes ; deinde, coronarum, et siliciorum cuneorum inter se varias distributiones.

Postea,

4 Ingressi sunt, ut etiam aedificiorum figuras, columnarum et fastigiorum eminentes projecturas imitentur.

5 Patentibus autem locis, uti exhedris, propter amplitudines parietum, scaenarum frontes tragico more aut comico seu satyrico designarent ;

6 Ambulation[es] vero, propter spatia longitudinis, varietatibus topiorum or-

[V]

[DE LA MANIÈRE DE PEINDRE  
LES PAROIS]

Pour les autres pièces — c'est-à-dire pour (les appartements) de printemps, d'automne, d'été, et aussi pour les atria et les (cours) péristyles — les anciens ont adopté d'après des choses déterminées des sujets de peintures déterminés.

En effet, par la peinture se fait l'image de ce qui est ou peut être : comme d'un homme, d'un bâtiment, d'un navire et des autres choses ; corps définis et déterminés, sur lesquels, par imitation figurée, on prend modèle.

D'après cela :

Les anciens qui inaugurèrent les décorations murales, ont imité d'abord les veinures et les dispositions des dalles de marbre ; ensuite diverses combinaisons d'anneaux et de triangles de sil.

Plus tard,

Ils sont parvenus à imiter même les formes des bâtiments, les saillies proéminentes des colonnes et des frontons :

A tracer dans les lieux ouverts tels que les exèdres, à raison de l'ampleur des parois, (comme) des frontispices de scènes de genre tragique, ou comique, ou satyrique ;

A orner les promenoirs, à raison du développement de leur longueur, de la

1. Chap. xiii du manuscrit de Breslau.

narent, a[b] certis locorum proprietatibus, imagines exprimentes :

Pinguntur enim portus, promontoria, litora, flumina, fontes, euripi, fana, luci, montes, pecora, pastores;

7 Nonnullis locis item, sign[antur] megalographia[e]<sup>1</sup>, habentes Deorum simulacra, seu fabularum dispositas explicationes; non minus Trojanas pugnas, seu Ulixis errationes per topia; ceteraque quae sunt, eorum similibus rationibus ab natura rerum procreata.

8 Sed haec quae, ex veris rebus, exempla sumebantur, nunc iniquis moribus inprobantur :

Nam pinguntur tectoriis monstra, potius quam ex rebus finitis imagines certae.

9 Pro columnis enim, statuuntur calami; pro fastigiis : harpagnetuli<sup>2</sup> striati cum crispis foliis et volutis;

10 Item, candelabra, aedicularum sustentia figuras;

11 Supra fastigia e[arum], surgentes ex radicibus, cum volutis [coliculi]<sup>3</sup> teneri plures, habentes in se, sine ratione, sedentia sigilla;

12 Non minus : coliculi dimidiata ha-

diversité des paysages, conformant les images aux particularités déterminées des lieux :

On peint en effet des ports, promontoires, rivages, fleuves, sources, détroits, sanctuaires, bois sacrés, montagnes, troupeaux, bergers;

Même en certains lieux on trace de grandes peintures présentant, au milieu de paysages, des figures de Dieux ou des scènes de légendes; et aussi la guerre de Troie, ou les pérégrinations d'Ulysse, et autres choses qui, au même titre que celles-ci, ont été créées par la Nature.

Mais ces (œuvres), où les modèles étaient empruntés à des objets réels, maintenant sont réprochées par une mode injuste.

Car, sur les revêtements on peint des monstres plutôt que des images déterminées d'objets définis.

En effet, en guise de colonnes, on met des roseaux; en guise de rampants de toitures : de petits enroulements striés, avec des feuilles crispées et des volutes;

Et aussi, des candélabres supportant des représentations de petits édifices;

Prenant racines sur les frontons de ces [édifices], des groupes de petites tiges grêles accompagnées d'enroulements et ayant au-dessus d'elles, contrairement au bon sens, de petites statues assises;

Et même, de petites tiges portant

1. Lecture de Rose. Sans corr. : « signorum megalographia habentes ».

2. Éd. Schneid. Sans corr. : « appagnetuli ».

3. Mot omis : rétabli par Schneid.

bentes sigilla, alia humanis, alia bestiarum capitibus :

Haec autem nec sunt, nec fieri possunt, nec fuerunt.

13<sup>1</sup> Ergo ita novi mores coegerunt uti, inertiae, mali iudices convincerent artium virtutes :

14 Quemadmodum enim potest calamus, vero, sustinere tectum; aut candelabrum, ornamenta fastigii; seu coliculus, tam tenuis et mollis, sustinere sedens sigillum; aut, de radicibus et coliculis, ex parte, flores dimidiataque sigilla procreari?

15 A[t], haec falsa videntes, homines non reprehendunt sed delectantur, neque animadvertunt si quid eorum fieri potest nec ne : Judiciis autem infirmis obscuratae mentes, non valent probare quod potest esse cum auctoritate et ratione decoris.

16 Neque enim picturae probari debent quae non sunt similes veritati; nec, si factae sunt elegantes ab arte, ideo de his statim debet recte judicari : nisi argumentationes, certas rationes habuerint sine offensionibus explicatas.

Etenim etiam :

17 Trallibus, cum Apaturius Alaband[e]us eleganti manu finxisset scaenam in minuscuro theatro quod ἐκκλη-

des statuette coupées en deux : une moitié, à tête humaine ; l'autre, à tête d'animal.

Or ces choses ne sont, ni ne peuvent être, ni ne furent.

Et ainsi les modes nouvelles ont pris tant d'empire, que les mauvais juges prétendent convaincre de stérilité les vigueurs de l'art.

Comment en effet un roseau peut-il réellement porter un toit; ou un candelabre, les accessoires d'un fronton; ou une petite tige, si grêle et si flexible, porter une statuette assise; ou comment, de racines et de petites tiges, peuvent naître tantôt des fleurs, tantôt des statuette coupées en deux?

Mais, tout en reconnaissant que ces choses sont fausses, les hommes ne les réprouvent pas mais s'en délectent, et ne s'inquiètent pas si rien en elles est possible ou ne l'est point. Et les esprits, aveuglés par ces misérables jugements, n'ont pas le courage de donner leur suffrage à ce qui peut être autorisé et justifié par la convenance.

En effet, on ne doit point accorder son suffrage aux peintures qui ne sont pas semblables à la vérité; ni, par cela seul qu'elles sont faites élégantes au point de vue du talent, immédiatement les juger bien (faites) : à moins que leurs données ne comportent sans hésitation des justifications précises.

Et, à ce propos :

A Tralles, comme Apaturius d'Alabandae avait d'une main habile simulé une (architecture de) scène au petit

1. Chap. xiv du manuscrit de Breslau.



σιντήριον apud eos vocitatur; in  
 eaque fecisset Columnas, Signa; Cen-  
 tauros, sustinentes :

Epistylia, [T]holorum<sup>1</sup> rotunda tecta,  
 Fastigiorum prominentes versuras.  
 Coronasque capitibus leoninis ornatas

— Quae omnia stillicidiorum e tectis  
 habent rationem ;

18 Praeterea super ea, nihilominus,  
 episcaenium in qu[o], Tholi. Pron[a]i,  
 Semifastigia omnisque tecti, varius  
 picturis, fuerat ornatus ;

19 Itaque, cum aspectus ejus scaenae,  
 propter asperitatem, eblandiretur om-  
 nium visus, et jam id opus probare  
 fuissent parati :

Tum Lic[i]nius, mathematicus, pro-  
 diit et ait :

20 « Alabandeos satis acutos ad omnes  
 res civiles haberi; sed, propter non  
 magnum vitium, indecentiae insipien-  
 tes esse judicat[os], quod : In gymnasio  
 eorum, quae sunt statucae, omnes sunt  
 causas agentes; foro : discos tenentes,  
 aut currentes, seu pila ludentes. Ita,  
 indecens inter locorum proprietates  
 status signorum, publice civitat[i] vi-  
 tium existimationis adjecit :

théâtre qui s'appelle chez eux Lieu  
 d'assemblée; et comme il y avait fait  
 des Colonnes, des Statues, des Centaures  
 portant :

Des entablements, Des toitures cir-  
 culaires de rotondes, Des saillies de  
 frontons en retour d'angle, Et des cor-  
 niches ornées de têtes de lions :

Toutes choses qui font office d'écou-  
 lements d'eau et ne se justifient que  
 par des toitures ;

Et que, néanmoins, il avait fait en  
 outre, au-dessus de cette (scène), un  
 second étage de scène où se trouvaient,  
 chatoyants de couleurs : Des rotondes,  
 Des porches (d'édifices sacrés), Des  
 demi-frontons, Et tout l'appareil d'une  
 toiture :

Aussi, comme l'aspect de cette scène,  
 à raison de son relief, charmait les  
 yeux de tous, et qu'ils étaient sur le  
 point de prononcer la réception :

Alors Licinius, mathématicien, s'a-  
 vança et dit :

« Que les Alabandiens sont regardés  
 comme fort avisés pour toutes les  
 affaires civiles; mais qu'à raison d'une  
 faute non grande, ils avaient été jugés  
 dépourvus du sens de ce qui ne convient  
 pas : En effet, toutes les statues qui  
 sont dans leur gymnase sont (des ora-  
 teurs) plaidant des procès; dans le  
 forum, ce sont des (athlètes) tenant des  
 disques, ou courant, ou jouant à la balle.  
 Ainsi, (ajouta-t-il,) un emplacement de  
 statues en désaccord avec les caractères  
 des lieux a fait passer universellement  
 la ville pour dépourvue de goût.

1. Mot rétabli par Vossius. Sans corr. : « pholorum ».

21<sup>1</sup> » Videamus item nunc ne, a picturis, scaena efficiat et nos Alabandeos ad Abderitas :

22 » Quis enim vestrum; domos supra tegularum tecta potest habere, aut columnas, seu fastigiorum expolitio[n]es? Haec enim supra contignationes ponuntur, non supra tegularum tecta.

23 » Si ergo, quae non possunt in veritate rationem habere facti, in picturis probaverimus : accedimus et nos his civitatibus quae, propter haec vitia, insipientes sunt iudicatae ».

24 Itaque, Apaturius contra respondere non est ausus : sed sustulit scaenam et, ad rationem veritatis commutatam, postea correctam adprobavit.

25 Utinam Dii immortales fecissent uti Licinius revivisceret, et corrigeret hanc amentiam, tectoriorumque errantia instituta!

26 Sed : Quare vincat veritatem ratio falsa, non erit alienum exponere.

27 Quod enim antiqui, insumentes laborem et industriam, probare contendebant artibus : id, nunc, coloribus et eorum eleganti specie consecuntur; et, quam subtilitas artificis adiciebat ope-

» Prenons garde à notre tour, aujourd'hui, qu'avec sa scène (Apaturius) ne fasse aussi de nous des Alabandiens ressemblant à des Abdéritains :

» Qui de vous en effet peut, au-dessus de toitures de tuiles, admettre des maisons, ou bien des colonnes, ou encore des décorations de frontons? Certes ces (frontons) ont leur place au-dessus des solivages, non par-dessus des tuiles de toiture.

» Si donc nous sanctionnons en peinture des choses qui dans la vérité ne peuvent s'appuyer sur le fait, nous nous rangeons nous aussi parmi ces villes qui, à raison de fautes de ce genre ont été jugées dépourvues de sens. »

A cela, Apaturius n'osa point répliquer : mais il fut condamné (aux frais de) la scène; et, après l'avoir modifiée suivant les exigences de la vérité : ensuite, il la soumit corrigée à la réception.

Plût au ciel que les Dieux immortels eussent fait que Licinius revécût et qu'il corrigêât cette démence et les coutumes dévoyées des (peintures) de revêtements!

Mais le pourquoi de ce triomphe d'une appréciation fautive sur la vérité, il ne sera pas hors de propos de l'expliquer :

Ce qu'en effet les anciens, en y consacrant leurs soins et leur habileté, s'efforçaient de faire agréer par leurs talents : ce (succès), aujourd'hui, on y atteint par les couleurs et leur

1. Chap. xv du manuscrit de Breslau.

ribus auctoritatem, nunc, dominicus sumptus efficit ne desideretur.

28 Quis enim antiquorum non, uti medicamento, minio parce videtur usus esse? At nunc, passim, plerumque toti parietes inducuntur.

29 Accedit huc chrysocolla, ostrum, armenium : haec vero cum inducuntur, etsi non ab arte sunt posita, fulgentes oculorum reddunt visus;

50 Et, ideo quod pretiosa sunt, legibus excipiuntur, ut ab domino, non a redemptore repraesententur.

51 Quae commonefacere potui, ut ab errore discedatur in opere tectorio, satis exposui : Nunc de appar[ati]onibus, ut succurrere potuerit dicam. Et primum, quoniam de calce initio est dictum, nunc de marmore ponam.

élégant aspect; et la dignité qu'assurait aux ouvrages le talent de l'artisan, maintenant la prodigalité du propriétaire fait qu'on n'en éprouve plus le besoin.

En effet, qui des anciens paraît avoir fait usage du vermillon autrement qu'avec parcimonie, comme (on use) d'un médicament? Mais aujourd'hui, les parois en sont revêtues au hasard, et très souvent en totalité.

Au (vermillon) vient s'ajouter la chrysocolle, le pourpre, le (bleu) d'Arménie : Et ces (couleurs), lorsqu'elles sont appliquées, lors même qu'elles ne sont pas artistement disposées, éblouissent les yeux par leur éclat;

Et, par la raison qu'elles sont précieuses, elles sont mises en dehors des contrats pour être fournies par le propriétaire, non par l'entrepreneur.

Les avertissements que j'ai pu donner pour que dans les ouvrages de revêtement on se tienne en garde contre l'erreur, je les ai suffisamment développés : Maintenant, au sujet des procédés, je parlerai dans la mesure de ce qui pourra me venir à l'esprit. Et d'abord, comme au début, le sujet de la chaux a été traité, maintenant je m'occuperai du marbre.

[VI]

[DE MARMORE QUOMODO PARETUR  
AD TECTORIA]

1 Marmor non eodem genere omnibus regionibus procreatur, sed :

Quibusdam locis, glabrae, ut salis micas perlucidas habentes nascuntur; quae, contusae et molitae, praestant operibus utilitatem;

Quibus autem locis eae copiae non sunt :

2 Caementa marmorea, sive assulae dicuntur, quae marmorarii ex operibus deiciunt, contunduntur et moluntur.

3 [Et, cum<sup>1</sup>] est subcretum, in operibus utuntur.

4 Eae autem, excretae, tribus generibus seponuntur :

5 [Et quae pars grandior fuerit, quemadmodum supra scriptum est, harenato primum cum calce inducitur;

Deinde, sequens; ac tertia, quae subtilior fuerit].

[VI]

[DU MARBRE : COMMENT IL DOIT  
ÊTRE PRÉPARÉ POUR LES OUVRAGES  
DE REVÊTEMENT]

Le marbre ne prend pas naissance de même sorte en toutes contrées; mais :

En certains lieux il naît (à l'état de) cailloux contenant des paillettes translucides comme (si elles étaient) de sel; et qui, pilés et moulus, sont propres à mettre en œuvre.

Au contraire, dans les endroits où ces matières n'existent pas :

Des éclats de marbre ou, comme on les appelle, des recoupes que les marbriers abattent en travaillant, sont cassés et moulus.

Et, après tamisage, on les met en œuvre.

Or, par tamisage, ces (matières) sont partagées en trois sortes :

[Et la partie qui aura été la plus grosse, mêlée à de la chaux, est étendue, ainsi qu'il a été ci-dessus écrit, (comme) première (couche), sur le crépi au sable;

Puis la suivante; et la troisième, qui devra être plus fine].

1. Ici les manuscrits présentent un désordre extrême :

Les mots « et cum » manquent, et nous les empruntons à l'édition Rose;

Tout le § 5 manque; et Schneider pense que Jocundus l'a donné d'après un manuscrit perdu.

Puis vient une interversion signalée par Jocundus, et que Lorenzen analyse comme il suit :

Dans un antique exemplaire, les § 5-9 du chap. vi, tout le chapitre vii et les deux premiers § du chap. viii formaient une page A;

La fin du chap. viii et les 5 premiers § du chap. ix formaient une 2<sup>e</sup> page B.

Un scribe a mis la page B avant la page A; et sa copie a été la souche commune de tous les exemplaires manuscrits que nous possédons.

6 Aliis locis, ut inter Magnesia et Ephesi fines, sunt loca unde foditur parata : quam nec molere nec cernere opus est; sed sic est subtilis, quemadmodum si qua est manu contusa et subiecta.

7 Quibus inductis et diligenti tectoriorum fricatione laevigatis : de coloribus ratio habeatur, uti in his perlucentes exprimant splendores.

Quorum haec erit differentia et apparatus :

8 Colores vero, alii sunt :

Qui, per se, certis locis procreantur, et inde fodiuntur;

9 Nonnulli : ex aliis rebus, tractationibus, aut mixtionum temperaturis, compositi perficiuntur uti praestent in operibus utilitatem.

En d'autres endroits, par exemple aux confins entre Magnésie et Éphèse, sont des lieux d'où (la matière) s'extrait toute prête, sans qu'il soit besoin de la moudre ni de la tamiser : mais fine comme si elle avait été artificiellement écrasée et tamisée.

Après que ces (matières) auront été appliquées en enduit et lissées par une soigneuse friction des revêtements : qu'alors on se préoccupe des couleurs, pour que sur ces (revêtements) elles jettent un éclat brillant.

Or, en voici le classement et la préparation :

Parmi les couleurs : il en est,

Qui, par elles-mêmes, sont engendrées en des lieux déterminés, et en sont extraites;

Et d'autres qui, (provenant) de matières étrangères : à l'aide de traitements, ou de dosages de mélanges, s'obtiennent composées de telle sorte qu'elles puissent être mises en œuvre.



[VII]

## [DE NATIVIS COLORIBUS]

1<sup>1</sup> Primum autem exponemus quae, per se nascentia, fodiuntur;

Uti :

2 Si[1], quod graece  $\omega\gamma\rho\alpha$  dicitur.

Haec vero multis locis, ut etiam in Italia, invenitur. Sed quae fuerat optima, Attica, ideo nunc non habetur : quod, Athenis, argentifodinae cum habuerunt familias, tunc, specus sub terra fodiebantur ad argentum inveniendum; cum ibi vena, forte, inveniretur, nihilominus uti argentum, persequabantur. Itaque antiqui egregia copia silis ad politionem operum sunt usi.

3 Item, Rubricae :

Copiosae multis locis eximuntur; sed optimae, paucis : uti Ponto Sinope; et Aegypto; in Hispania, Balearibus; non minus etiam, Lemno : cujus insulae, vectigalia, Atheniensibus senatus populusque Romanus concessit fruenda.

4 Paretonium vero :

Ex ipsis locis unde foditur, habet nomen.

[VII]

## [DES COULEURS NATIVES]

D'abord, nous décrirons les (matières) qui, naissant par elles-mêmes, s'obtiennent par extraction.

Tel :

Le Sil : ce qui, en grec, est appelé ocre.

Or cette (ocre) se trouve en beaucoup de lieux, comme aussi en Italie. Mais celle qui était la meilleure, l'(ocre) attique, ne s'obtient plus aujourd'hui; par cette raison que, à Athènes, lorsque les mines d'argent avaient leurs troupes d'esclaves, alors on creusait sous le sol des galeries pour extraire l'argent; et lorsque, là, un filon (de sil) venait à se rencontrer, on le suivait tout comme s'il eût été d'argent. Aussi les anciens ont eu à leur disposition une excellente matière de sil pour la décoration de leurs ouvrages.

De même, les Sanguines.

Elles s'extraitent à profusion en beaucoup d'endroits; mais les excellentes, en peu : par exemple, dans le Pont, à Sinope; et aussi en Égypte; dans l'Espagne, aux Baléares. Et également à Lemnos, île dont les contributions (en sanguine) furent concédées aux Athéniens à titre de jouissance par le sénat et le peuple romain.

Quant au Paretonium :

Il a pour nom celui des lieux mêmes d'où il est extrait.

1. Chap. xviii du manuscrit de Breslau.

- 5 Eadem ratione, Melinum :  
Quod ejus [vis<sup>1</sup>] metalli insulae cycladi Melo dicitur esse.
- 6 Creta viridis :  
Item pluribus locis nascitur; sed optima, Zmyrnae. Hanc autem Graeci θεοδότιον vocant, quod Theodotus nomine fuerat cujus in fundo id genus cretae primum est inventum.
- 7 Auripigmentum, quod Graeci ἀρσένιον vocant :  
Foditur in Ponto.
- 8 Sandaraca :  
Item pluribus locis, sed optima Ponto, proxime flumen Hypanim, habet metallum.  
Aliis locis, ut inter Magnesiae et Ephesi fines, sunt loca, unde effoditur parata, quam nec molere, nec cernere opus est : sed sic est subtilis, quemadmodum si qua est manu contusa et subcreta.

- De même, le Melinum :  
(Il s'appelle ainsi) parce que [l'abondance] de son minerai est, dit-on, dans l'île cyclade de Melos.
- L'Argile verte :  
Elle aussi naît en plusieurs endroits ; mais la meilleure, à Smyrne. Or celle-ci, les Grecs l'appellent Theodotium parce que celui sur le fonds duquel ce genre d'argile se rencontra pour la première fois, avait nom Théodote.
- L'Orpiment, que les Grecs appellent Arsenicum :  
S'extrait dans le Pont.
- La Sandaraca :  
Aussi en plusieurs endroits ; mais la meilleure a sa carrière dans le Pont, près du fleuve Hypanis.  
En d'autres lieux, par exemple aux confins de Magnésie et d'Éphèse, sont des lieux où elle est extraite toute prête, sans qu'il soit besoin de la moudre ni de la bluter, mais (où) elle est aussi fine que si elle avait été écrasée à la main et tamisée.

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « ejus metalli ».

[VIII]

## [DE MINIO ET ARGENTO VIVO]

1 Ingrediar nunc Minii rationes explicare.

Id autem agris Ephesiorum Clivianis primum esse memoratur inventum; cujus et res et ratio satis magnas habet admirationes.

Foditur enim, Glaeba quae dicitur antequam tractationibus ad minium perveniat, vena uti ferr[i] : magis subrufo colore, habens circa se rubrum pulverem.

Cum id foditur, ex plagis ferramentorum emittit lacrimas argenti vivi, quae a fossoribus statim colliguntur.

2 Hae glebae cum collectae sunt :

In officina, propter umoris plenitatem, coiciuntur in fornacem ut interarescant<sup>1</sup> :

3 Et is qui ex his ab ignis vapore fumus suscitatur, cum resedit in solum furni, invenitur esse argentum vivum.

4 Exemptis glaebis, guttae eae quae res[i]debunt, propter brevitates non possunt colligi : sed in vas aquae con-

[VIII]

## [DU VERMILLON ET DU VIF ARGENT]

Je vais maintenant entreprendre d'exposer les propriétés du Vermillon.

Or, on rapporte qu'il a été pour la première fois trouvé sur le territoire éphésien de Clivium. Sa nature et ses propriétés sont fort remarquables.

En effet, on extrait, sous le nom de minéral, un filon qui, avant d'être parvenu par traitements à l'état de vermillon, ressemble à (un filon) de fer, (mais) d'une couleur plus rousâtre, (et) ayant autour de lui une poussière rouge.

Quand on l'extrait, sous les coups des outils de fer, il laisse échapper des larmes de vif-argent, qui aussitôt sont recueillies par les mineurs.

Après que ces minerais ont été recueillis :

Dans l'usine, à raison de la saturation de liquide, ils sont amassés sur le foyer (d'un four) pour qu'ils se dessèchent à fond :

Et cette fumée qui est dégagée d'eux par la vapeur du feu, lorsqu'elle s'est déposée sur le radier du four, se trouve être du vif-argent.

Les minerais enlevés : ces gouttes qui se seront déposées, à raison de leur exigüité, ne pourront être recueil-

1. Ici se terminait une des pages interverties, dont le déplacement a fait l'objet de la note du chap. vi.



verruntur; et ibi inter se congruunt et una confunduntur.

Id autem cum s[i]t quattuor sextariorum : mensurae cum expenduntur, inveni[e]tur esse pondo. centum.

- 5 Cum in aliquo vase est confusu[m] : si, supra id, lapid[is] centenarium pondus inponatur, natat in summo; neque eum liquorem potest onere suo premere, nec elidere, nec dissipare.

Centenario sublato, si ibi auri scrupulum inponatur : non natabit, sed ad imum per se deprimetur.

Ita : non amplitudine ponderis sed genere singularum rerum gravitatem esse, non est negandum.

- 6 Id autem multis rebus est ad usum expeditum :

Neque enim argentum, neque aes, sine eo potest recte inaurari.

- 7 Cumque in vestem intextum est aurum, eaque vestis, contrita propter vetustatem, usum non habeat honestum : Panni, in fictilibus vasis inpositi, supra ignem comburuntur. Is cinis coicitur in aquam, et additur ei argentum vivum : Id autem omnes micas auri corripit in se et cogit secum coire.

Aqua d[e]fusa, cum id in pannum infunditur et ibi manibus premitur : Argentum, per panni raritates, propter liquorem extra labitur; Aurum,

lies; mais on les rassemble par balayage dans un vase d'eau; et là elles se groupent entre elles et s'agglomèrent.

Et, si ce (vif-argent) est de quatre setiers : lorsqu'on convertit les volumes en poids, on trouve qu'il est de cent livres.

Lorsqu'il est versé dans un vase quelconque, si par dessus on dépose un poids centuple : il nage à la surface, et ne peut par sa charge ni déprimer ce liquide, ni le faire jaillir, ni le répandre.

Que l'on enlève le poids : si l'on met à sa place un scrupule d'or : il ne nagera pas, mais plongera jusqu'au fond.

Ainsi on ne peut nier que la gravité réside, non dans l'ampleur du poids, mais dans la nature individuelle des choses.

D'ailleurs ce (vif-argent) est approprié à de nombreux usages.

Sans lui en effet, ni l'argent ni l'airain ne peut être bien doré.

Et, lorsque de l'or entre dans le tissu d'un vêtement, et que ce vêtement, fatigué par la vétusté, ne peut plus être d'un usage convenable : on en met les lambeaux dans des vases de poterie, et on les calcine au feu. On en jette la cendre dans de l'eau, et on lui ajoute du vif-argent : Celui-ci s'empare de toutes les parcelles d'or et les force à s'unir à lui.

L'eau épanchée, si l'on verse (le résidu) dans un linge et qu'on presse ce (linge) avec les mains : Le (vif-) argent, à raison de sa liquidité, coule

compressione coactum, intra, purum  
invenitur.

dehors à travers les interstices du  
linge; l'or, resserré par la compres-  
sion, se trouve dedans à l'état de pu-  
reté<sup>1</sup>.

1. En réalité, à l'état d'amalgame.

[IX]

## [DE MINII TEMPERATURA]

1 Revertar nunc ad minii temperaturam.

Ipsae autem glaebae cum sunt aridae, contunduntur pilis ferreis; et, lotionibus et cocturis crebris, relictis stercoribus, efficiuntur ut adveniant colores.

Cum ergo emissa[e] esse[n]t ex mini[o], per argenti vivi relictionem, quas in se naturales habuerat virtutes, efficitur tenera natura et viribus inbecillis :

2 Itaque, cum est in expolitionibus conclavium tect[ori]is inductum : permanet, sine vitiis, suo colore ;

3 Apertis vero — id est peristyliis, aut exhedris, aut ceteris ejusdem modi locis, quo sol et luna possit splendores et radios inmittere : cum ab his locus tangitur, vitiatur; et, amissa virtute coloris, denigratur.

4 Itaque : cum et alii multi, tum etiam Faberius scriba, cum in Aventino voluisset habere domum eleganter expolitam, peristyliis parietes omnes inductit minio; qui, post dies XXX, facti sunt invenusto varioque colore. Itaque, primo, locavit inducendos alios colores.

[IX]

## [DE LA PRÉPARATION DU VERMILLON]

Je vais maintenant revenir à la préparation du vermillon.

Or, les minerais eux-mêmes, après avoir été desséchés, sont broyés dans des mortiers de fer; et, débarrassés de leurs impuretés par des lavages et recuits répétés : ils deviennent tels, que les couleurs apparaissent.

Donc lorsque, par l'abandon du vif-argent, le vermillon a perdu les vertus naturelles qu'il avait en lui, il devient d'une nature tendre et de forces débilées :

Aussi, lorsque dans les décorations il est appliqué sur les enduits des salles closes, il conserve sans altération sa couleur.

Mais dans les lieux ouverts, c'est-à-dire dans les péristyles ou les exèdres et autres de même genre où le soleil ou la lune peut faire pénétrer son éclat et ses rayons : lorsque le lieu en est atteint, (le vermillon) s'altère; et, perdant la vertu de sa couleur; il vire au noir.

Aussi, entre autres exemples, le scribe Faberius, ayant voulu avoir sur le mont Esquilin une maison élégamment décorée, couvrit toutes les parois de vermillon; et celles-ci, après trente jours, devinrent d'une couleur désagréable et bigarrée. Aussi, sur-le-champ il mit en adjudication l'application d'autres couleurs.

5 At, si qui subtilior fuerit, et voluerit expolitionem miniaceam suum colorem retinere :

Cum paries expolitus et aridus fuerit<sup>1</sup>,

6 Ceram Pu[n]icam<sup>2</sup> igni liquefactam, paulo oleo temperatam, saeta inducat ;

Deinde postea :

7 Carbonibus in ferreo vase compositis : eam ceram ap[p]rim[e]<sup>3</sup>, cum pariete calefaciundo, sudare cogat, fiatque ut perequaetur ;

Deinde tunc :

8 Candela [linte]isque<sup>4</sup> puris subigat, uti signa marmorea nuda curantur. Haec autem γάνωσις<sup>5</sup> graece dicitur.

Ita,

9 Obstans cerae pu[n]icae lorica, non patitur nec lunae splendorem, nec solis radios, la[m]bendo eripere ex his politionibus colorem.

10 Quae autem in Ephesiorum metallis fuerunt officinae, nunc trajectae sunt ideo Romam : quod id genus venae postea est inventum Hispaniae regionibus, [e] quibus metallis glabrae portantur, et per publicanos Romae curantur ;

Eae autem officinae sunt inter aedem Florae et Quirini.

Mais quelqu'un qui aurait été mieux avisé, s'il eût voulu que la décoration de vermillon conservât sa couleur :

Après que la paroi aura été décorée et sèche,

Qu'à l'aide d'un pinceau, il étende de la cire punique fondue au feu et additionnée d'un peu d'huile ;

Puis, qu'ensuite :

A l'aide de charbons arrangés dans un vase de fer, chauffant fortement cette cire en même temps que la paroi, il la fasse suinter ; et qu'il soit fait en sorte qu'elle s'égalise parfaitement.

Ensuite alors :

A l'aide de suif et d'un linge propre : qu'il la frotte ainsi qu'on traite les statues nues, (opération) qui en grec s'appelle γάνωσις.

Ainsi,

Faisant obstacle, la cuirasse de cire punique ne permet pas que l'éclat de la lune ni les rayons du soleil, en effleurant, enlèvent de ces décorations la couleur.

Quant aux usines qui existaient dans les mines des Éphésiens, maintenant elles ont été transférées à Rome : parce que ce genre de filon a depuis été découvert dans les contrées de l'Espagne ; et que, de ces mines, les minerais sont transportés à Rome et traités par les agents du fisc :

Et ces usines sont entre l'édifice de Flore et (celui) de Quirinus.

1. Voir la note du chap. vi.

2. Sans corr. : « pumicam ».

3. Éd. Schneid. Sans corr. : « a primo ».

4. Éd. Schneid. Sans corr. : « cunctisque ».

5. Éd. Rose. Sans corr. : « gnosis ».

## 11 Vitiatur minium admixta calce.

Itaque, si qui velit experiri id sine vitio esse, sic erit faciendum :

## 12 Ferrea lamina sumatur; eo minium inponatur; ad ignem conlocetur donec lamina candescat.

Cum e candore color mutatus fuerit eritque ater : tollatur lamina ab igni;

Et sic :

## 13 Refrigeratum si restituatur in pristinum colorem, sine vitio esse probabitur :

Sin autem permanserit nigro colore : significabit se esse vitiatum.

Quae succurrere potuerunt mihi de minio, dixi.

## 14 Chrysocolla :

Adportatur a Macedonia; foditur autem ex his locis qui sunt proximi aerariis metallis.

## 15 Armenium et Indicum :

Nominibus ipsis indicantur, quibus in locis procreantur.

Le vermillon se falsifie par addition de chaux.

Aussi, si l'on veut s'assurer qu'il est sans défaut, il faudra procéder ainsi :

Qu'on prenne une lame de fer; qu'on y dépose le vermillon, et qu'on place sur le feu jusqu'à ce que la lame soit au rouge vif.

Quand la couleur aura été changée par incandescence et sera (devenue) noire : que l'on retire la lame du feu;

Et ainsi :

Si, après refroidissement, (le vermillon) revient à sa couleur originelle, il sera établi qu'il est sans falsification;

Si au contraire il persiste dans la couleur noire : ce sera un signe qu'il a été falsifié.

Les choses que j'ai pu me rappeler au sujet du vermillon, je les ai dites.

La Chrysocolle :

Est importée de Macédoine. Et elle s'extrait de lieux qui sont au voisinage des mines de cuivre.

Le (bleu) d'Arménie et l'Indigo :

Sont désignés par les noms mêmes des lieux où ils prennent naissance.

[X]

[DE COLORIBUS QUI ARTE FIUNT :  
DE ATRAMENTO]

- 1 Ingrediar nunc ad ea quae : ex aliis generibus, tractationum temperaturis commutata, recipiunt colorum proprietates.
- 2 Et primum, exponam, de Atramento, cujus usus in operibus magnas habet necessitates, ut sint notae : quemadmodum praeparantur certis rationibus artificiorum, ad id temperaturae.
- 3 Namque aedificatur locus uti Laconicum, et expolitur marmore subtiliter, et levigatur.  
Ante id :
- 4 Fit fornacula, habens in laconicum nares ;  
Et ejus praefurnium magna diligentia comprimatur, ne flamma extra dissipetur.
- 5 In fornace, resina conlocatur.  
Hanc autem : ignis potestas cogit emittere per nares intra laconicum fuliginem ; quae, circa parietem et camerae curvaturam, adhaerescit.  
Inde collecta :
- 6 Partim componitur, gummi subact[a], ad usum atramenti librarii ;
- 7 Reliquum : Tectores, glutinum admiscentes, in parietibus utuntur.

[X]

[DES COULEURS QUI S'OBTIENNENT  
ARTIFICIELLEMENT : DU NOIR]

J'arrive aux choses qui, (provenant) d'autres genres, acquièrent, transformées par des traitements de manipulations, des propriétés de couleurs.

Et d'abord, au sujet du Noir, dont l'emploi répond dans les ouvrages à de grandes nécessités : j'exposerai de manière qu'on les connaisse les traitements spéciaux au moyen desquels il peut être préparé par procédés de fabrication assurés.

Or on bâtit une chambre comme une étuve, et on l'enduit finement au marbre, et on la polit.

Par devant :

On fait un petit foyer, ayant des soupiraux (dirigés) vers l'étuve ;

Et l'avant-four de cette (chambre) est étranglé avec grand soin, de manière que la flamme ne se dissipe pas au dehors.

Sur le foyer, on place de la résine.

Celle-ci, la puissance du feu la force à émettre à travers les soupiraux une fumée, qui adhère le long de la paroi et de la courbure de la voûte.

Recueillie de là :

En partie elle est pétrie avec de la gomme et réservée à l'usage de noir pour les livres ;

Le surplus : Les stucateurs, la mêlant à de la colle, l'emploient sur les parois.

8 Si autem hae copiae non fuerint paratae,

Ita necessitatibus erit administrandum, ne expectatione morae res retineatur :

9 Sarmenta, aut taedae schidiae, comburantur.

Cum erunt carbones; extinguantur;

Deinde, in mortario, cum glutino terantur :

Ita erit atramentum tectoribus, non invenustum.

Non minus :

10 Si f[a]ex vini arefacta et cocta in fornace fuerit; et ea, contrita cum glutino, in opere inducatur : superqu[am] atramenti suavitatis efficiet colorem.

11 Et, quo magis ex meliore vino parabitur, non modo Atramenti, sed etiam Indici colorem, dabit imitari.

Mais si ces matières ne sont pas sous la main :

Voici comment on devra pourvoir aux nécessités de manière que les choses ne soient pas ralenties par un délai de retard :

Que des sarments, ou des éclats de bois résineux, soient carbonisés.

Quand il y aura des charbons, qu'ils soient éteints.

Ensuite, dans un mortier, qu'ils soient broyés avec de la colle.

Ainsi on obtiendra pour les stucateurs un noir non sans élégance.

Ou bien :

Si de la lie de vin a été séchée et calcinée sur le foyer; et que, triturée avec de la colle, elle soit étendue en œuvre : elle produira une couleur d'une suavité supérieure à celle du noir.

Et, si elle provient d'excellent vin, elle permettra d'imiter non seulement la couleur du noir, mais même celle de l'indigo.



[XI]

## [DE CAERULEO ET USTA]

1 Caerul[e]i temperationes, Alexandriae primum sunt inventae. Postea item Vestorius, Puteolis, instituit faciendum : Ratio autem ejus, e quibus est inventa, satis habet admirationis.

2 Harena enim cum nitri flore conteritur, adeo subtiliter ut efficiatur quemadmodum farina;

Et aes cypr[i]um, limis crassis uti scobis fact[um], mixt[um]<sup>1</sup> conspargitur, ut conglomeretur.

Deinde :

5 Pilae, manibus versando, efficiuntur; et ita, collig[un]tur, ut inarescant.

Arida : componuntur in urceo fictili; urcei : in fornace.

Ita :

4 Ut<sup>2</sup> aes et ea harena, ab ignis vehementia confervescendo, coaluerint : inter se dando et accipiendo sudores, a proprietatibus discedunt; suisque rebus per ignis vehementiam confect[is], caeruleo rediguntur colore.

5 Usta vero, quae satis habet utilitatis

1. Sans corr. : « uti scobis factam mixta ».

2. Sans corr. : « sit aut », ou « sita ut ».

[XI]

## [DE L'AZUR ET DU GRENAT]

Les préparations de l'Azur ont été d'abord inventées à Alexandrie; Et depuis, Vestorius en constitua à Pouzsoles la fabrication. Or sa nature, eu égard aux choses dont elle provient, mérite assez d'admiration.

En effet, du sable est trituré avec de la fleur de nitre, assez finement pour qu'il en résulte comme une farine;

Et du cuivre de Chypre, réduit à l'état de râpure à l'aide de grosses limes, est arrosé après mélange pour qu'il se fasse une pâte;

Ensuite :

Des boulettes sont faites en roulant avec les mains; et, à cet état, (ces choses) sont mises de côté pour sécher.

Sèches : elles sont déposées dans un creuset de poterie; les creusets : sur un foyer.

Ainsi :

Dès que le cuivre et ce sable, entrant en effervescence par la violence du feu, se seront associés : mutuellement se donnant et recevant leurs sueurs, ils se dépouillent de leurs caractères propres : et, leurs éléments étant domptés par la violence du feu, ils se résolvent en une couleur azurée.

Quant au Grenat, qui a assez d'uti-



in operibus tectoriis, sic temperatur :

Glaeba sili[s] boni coquitur, ut sit  
in igni candens;

Ea autem aceto extinguitur.  
Et efficitur purpureo colore.

lités dans les ouvrages de ravalement,  
il se prépare ainsi :

Du minéral de bon sil est calciné  
au point que dans le feu il soit incan-  
descent ;

Puis on l'éteint dans du vinaigre :  
Et il devient de couleur pourprée.

[XII]

[DE CERUSSA, SERUGINE  
ET SANDARACA]

1 De Cerussa Aerugineque, quam nostri [A]erucam vocant, non est alienum quomodo comparetur dicere.

2 Rhod[ii] enim, dol[i]is sarmenta conlocantes, aceto suffuso :

Super sarmenta conlocant plumbeas massas; deinde, ea operculis obturant; ne spiramentum, obturatum, emitatur :

Post certum tempus, aperientes, inveniunt massis plumbeis Cerussam.

3 Eadem ratione,

Lamellas aereas conlocantes : efficiunt Aeruginem, quae aeruca appellatur.

4 Cerussa vero, cum in formace coquitur :

Mutato colore ad ignem incendii, efficitur Sandaraca.

Id autem, incendio facto, ex casu didicerunt homines : et ea multo meliorem usum praestat, quam quae de metallis, per se nata, foditur.

[XII]

DE LA CÉRUSE, DU VERT-DE-GRIS  
ET DU ROUGE DE PLOMB]

Au sujet de la Céruse et du Vert-de-gris que les nôtres appellent aeruca, il n'est pas hors de propos de dire comment se fait la préparation.

Or les Rhodiens, plaçant des sarments dans des jarres après y avoir versé du vinaigre :

Placent sur les sarments des lingots de plomb; ensuite ils ferment à l'aide de couvercles, pour qu'interceptée l'émanation ne s'échappe point.

Après un temps déterminé, ouvrant, on trouve à la place des lingots de plomb de la Céruse.

De la même manière,

Plaçant des lamelles de cuivre : on obtient le Vert-de-gris, qui s'appelle aeruca.

Quant à la céruse, lorsqu'on la calcine sur un foyer :

Changeant de couleur à un feu d'incendie, elle devient Sandaraca.

Et cela en effet, c'est par le hasard d'un incendie que les hommes l'ont appris : et cette (sandaraca) est d'un usage beaucoup meilleur que celle qui, née par elle-même, s'extrait des mines.

[XIII]

[DE OSTRO]

1 Incipiam nunc de Ostro dicere; quod et clarissimam et excellentissimam habet, praeter eos colores, aspectus suavitatem.

2 Id autem excipitur e conchylio marino, e quo purpura inficitur: cujus non minores sunt quam ceterarum, naturae considerantibus, admirationes; quod habet non in omnibus locis quibus nascitur unius generis colorem; sed solis cursu naturaliter temperatur. Itaque,

3 Quod legitur Ponto et Gal[at]ia — quod hae regiones sunt proximae ad septentrionem — est atrum;

4 Progredientibus inter septentrionem et occidentem: invenitur lividum;

5 Quod autem legitur ad aequinoctialem orientem et occidentem: invenitur violaceo colore;

6 Quod vero meridianis regionibus excipitur: rubra procreatur potestate. Et ideo, hoc, Rhodo etiam insula creatur, ceterisque ejusmodi regionibus quae proximae sunt solis cursui.

7 Ea conchylia, cum sunt lecta, ferramentis circa scinduntur; e quibus plagis purpurea sanies, uti lacrima

[XIII]

[DE LA POURPRE]

Je vais maintenant parler de la Pourpre qui a, au-dessus de toutes les couleurs, une suavité d'aspect très brillante et très excellente.

Or elle s'extrait de la coquille marine à l'aide de laquelle se teint l'(étouffe) pourpre; (coquille) dont les titres à l'admiration pour les observateurs de la nature ne sont pas moindres que ceux des autres choses: car elle n'a pas, dans tous les lieux où elle naît, un genre unique de couleur, mais elle est modifiée naturellement par le cours du soleil. Ainsi:

La (pourpre) qui se recueille dans le Pont et la Galatie — par la raison que ces contrées sont voisines du septentrion — est noire;

Si l'on s'avance entre le septentrion et l'occident: on la trouve plombée;

Au contraire, celle qui se recueille vers l'orient équinoxial et l'occident, se trouve de couleur violette;

Quant à celle qui provient des contrées méridionales: elle est procréée avec une puissance rouge. Et c'est pourquoi telle est celle qui est créée dans l'île de Rhodé et dans les contrées de même sorte qui sont proches du cours du soleil.

Ces coquilles, après avoir été recueillies, sont incisées au pourtour à l'aide d'outils de fer: Détachée de ces plaies

profluens, excussa, in mortariis terend[a] comparatur. Et, quod ex concharum marinarum testis eximitur, ideo Ostrum est vocitatum.

8 Id autem, propter salsuginem, cito fit siticulosum, nisi mel habeat circa fusum.

par secousse, une viscosité pourpre, coulant comme une larme, est rassemblée pour être broyée dans des mortiers. Et, comme elle est extraite des têts de coquilles marines, pour cette raison on lui a donné le nom d'Ostrum.

Et, à cause de sa salure, elle devient vite desséchée à moins qu'elle n'ait du miel répandu autour d'elle.

[XIV]

[DE COLORIBUS QUI IMITANTUR  
PURPURAM, SIL ATTICUM,  
CHRYSOCOLLAM ET INDICUM]

1 Fiunt etiam Purpurei colores :

Infecta creta rub[iae] radice et [hys-  
gino]<sup>1</sup>.

Non minus, et ex floribus alii colo-  
res. Itaque,

2 Tectores, cum volunt Sil atticum  
imitari :

Violam aridam coicientes in vas cum  
aqua, confervere faciunt ad ignem ;

Deinde, cum est temperatum, coi-  
ciunt [in] linteum ; et inde, manibus  
exprimentes, recipiunt in mortarium  
aquam, ex violis coloratam ;

Et, eo cretam infundentes, et eam  
terentes : efficiunt Silis attici colorem.

3 Eadem ratione vaccinum temperan-  
tes, et lact[e] miscentes :

Purpuram faciunt elegantem.

Item, qui non possunt Chrysocolle,  
propter caritatem, uti :

4 Herba quae luteum appellatur, cae-  
ruleum inficiunt. Et utuntur viridis-  
sim[o] color[e] : Haec autem, Infectiva  
appellatur.

5 Item, propter inopiam coloris Indici :

[XIV]

[DES COULEURS QUI IMITENT  
LA POURPRE, LE SIL ATTIQUE,  
LA CHRYSOCOLLE ET L'INDIGO]

On fait aussi des couleurs de  
Pourpre :

A l'aide d'argile (blanche) impré-  
gnée de racine de garance et de [car-  
min].

Et de même, avec des fleurs, d'autres  
couleurs. Ainsi :

Les stucateurs, lorsqu'ils veulent  
imiter le Sil atticum :

Jetant dans un vase, avec de l'eau,  
de la violette sèche, font bouillir au feu ;

Puis, quand c'est à point, jettent  
dans un linge ; et, de là, l'exprimant  
avec les mains, ils recueillent dans un  
vase l'eau colorée par les violettes ;

Et, y versant de l'argile (blanche) et  
la broyant : ils obtiennent la couleur  
du Sil atticum.

Appliquant la même préparation à  
de l'airelle, et la mêlant de lait :

Ils font une pourpre élégante.

De même, ceux qui ne peuvent  
employer la Chrysocolle à cause de sa  
cherté :

Imprègnent le bleu d'azur, de l'herbe  
qu'on appelle gaude : et obtiennent  
pour l'usage une couleur très verte,  
qui s'appelle (chrysocolle) d'infusion.

De même, à défaut de la couleur  
d'Indigo :

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « rubra radice et excygno ».

Cretam [Selinu]siam<sup>1</sup> aut anulariam, Vitro quod Graeci ἰσατιν appellant, inficientes : imitationem faciunt Indici coloris.

6 Quibus rationibus et rebus, ad dispositionem firmitatis; quibusque, decoras oporteat fieri picturas; item, quas habeant omnes colores in se potestates, ut mihi succurrere potuit, in hoc libro perscripsi.

7 Itaque, omnes aedificationum perfectiones, quam habere debeant opportunitatem ratiocinationis, septem voluminibus sunt finitae;

In sequenti autem, de Aqua : si quibus locis non fuerit, quemadmodum inveniatur; et qua ratione inducatur; quibusque rebus, si erit salubris et idonea, probetur : explicabo.


Imprégnant l'Argile sélinusienne ou anulaire, du pastel que les Grecs appellent ἰσατις : font l'imitation de la couleur d'Indigo.

Par quels procédés et de quelles matières il faut que les peintures soient faites en vue de la solidité, et de quelles (en vue) de l'élégance; et aussi quelles propriétés ont en elles toutes les couleurs : autant qu'il a pu me venir à l'esprit, je l'ai écrit dans ce livre.

Ainsi tous les parachèvements des bâtisses, avec l'analyse de leurs conditions de convenance, sont renfermés dans sept volumes.

Dans le suivant : au sujet de l'Eau j'expliquerai comment, dans les lieux où elle ne se rencontre pas, on peut la découvrir; et par quels moyens elle peut être conduite; et d'après quoi on peut reconnaître si elle est salubre et utilisable.


1. Éd. Schneid. Sans corr. : « sinysiam aut anulariam vitroque quod ».



LIVRE VIII

(LES EAUX)





## LIBER OCTAVUS

1 De septem sapientibus, Thales Milesius, omnium rerum principium : Aquam, est professus;

2 Heraclitus : Ignem;

3 Magorum sacerdotes : Aquam et Ignem;

4 Euripides, auditor Anaxagorae — quem Philosophum Athenienses Scannicum appellaverunt: Aëra et Terram;

Eamque, ex caelestium imbrium conceptionibus inseminatam, fetus gentium et omnium animalium in mundo procreavisse.

Et quae ex ea essent prognata; cum dissolverentur temporum necessitate coacta, in eadem redire;

Quaeque de aëre nascerentur, item in caeli regiones reverti;

Neque interitiones recipere : et, dissolutione mutata, in eam recidere in qua ante fuerant proprietatem.

5 Pythagoras vero, Empedocles, Epicarmos, alique physici et philosophi, haec principia esse quattuor proposuerunt : Aërem, Ignem, Terram, Aquam;

Eorumque inter se cohaerentia naturali figuratione, e generum discriminibus efficere qualitates.

## LIVRE HUITIÈME

Un des sept sages, Thalès de Milet, enseigna que le principe de toutes choses est l'Eau;

Héraclite : le Feu;

Les prêtres des Mages : l'Eau et le Feu;

Euripide, élève d'Anaxagore, que les Athéniens appelèrent le Philosophe de la scène : l'Air et la Terre;

Et que celle-ci, ensemencée par les fécondations des eaux célestes, a procréé dans le monde les germes des hommes et de tous les animaux.

Et que les choses qui peuvent être nées d'elle, lorsque, forcées par la nécessité du temps, elles se décomposent, elles font retour à elles-mêmes :

Et que celles qui peuvent être nées de l'Air, retournent dans les régions du ciel;

Et qu'elles n'éprouvent point de destruction : et que, leur décomposition (n'étant (qu'un) changement, elles reviennent à l'élément même dans lequel elles avaient été antérieurement.

Quant à Pythagore, Empédocle, Epicarme et autres physiciens et philosophes, ils ont avancé que ces Principes sont au nombre de quatre : l'Air, le Feu, la Terre, l'Eau;

Et que, s'associant entre eux suivant des types fixés par la Nature, ils en produisent les individualités d'après les caractères distinctifs des genres.

- 6 Animadvertimus vero, non solum nascentia ex his esse procreata, sed etiam res omnes non ali sine eorum potestate, neque crescere, nec tueri. Namque,
- 7 Corpora sine spiritu[s] redundantia non possunt habere vitam : nisi Aër influens, cum incremento fecerit auctus et remissiones continenter.
- 8 Caloris vero, si non fuerit in corpore justa comparatio : non erit spiritus animalis neque erectio firma, cibi-que vires non poterunt habere coctionis temperaturam.
- 9 Item, si non Terreni cibo membra corporis alantur : deficient, et ita a terreni principii mixtione erunt deserta.
- 10 Animalia vero si fuerint sine Humoris potestate : exsanguinata et exsucata a principiorum liquore, interarescent.
- 11 Igitur Divina mens, quae proprie necessaria essent gentibus, non constituit difficilia et cara, uti sunt margaritae, aurum, argentum, ceteraque quae neque corpus neque natura desiderat; sed, sine quibus mortalium vita non potest esse tuta : efudit ad manus parata, per omnem mundum.
- 12 Itaque, ex his si quid forte deficit in corpore :

Or, nous remarquons que non seulement les êtres qui naissent sont procréés par ces (éléments), mais que même les choses quelconques ne peuvent, sans leur puissance, se nourrir, ni croître, ni se conserver. Car,

Sans un reflux de respiration, les corps ne peuvent avoir la vie : à moins que l'Air, y affluant, ne produise d'une façon continue des augmentations accompagnées de croissance, et des relâches.

Quant à la Chaleur : s'il n'y en a pas dans le corps un juste apport, il n'y aura ni esprit vital, ni stature ferme, et les forces de l'aliment ne pourront réaliser les conditions de leur digestion.

De même, si les membres du corps ne sont pas alimentés par une nourriture de la Terre : ils s'affaibliront parce que le dosage du principe Terre y sera insuffisant.

Enfin, si les êtres animés sont soustraits à la puissance de l'Eau : exsangues, épuisés quant à la partie liquide de leurs principes, ils se dessècheront.

Aussi, les choses qui doivent être particulièrement nécessaires aux hommes, la pensée divine ne les a pas constituées difficiles et rares comme sont les perles, l'or, l'argent et les autres choses que n'exige ni le corps, ni la nature : Mais ces choses sans lesquelles la vie des mortels ne peut se conserver, elle les a répandues à portée de la main, par tout le monde.

Ainsi, parmi ces choses, si par hasard quelqu'une vient à manquer dans le corps :

Spiritus : Ad restituendum Aër adsignatus, id praestat;

13 Apparatus autem ad auxilia Caloris : Solis impetus, et ignis inventus, tutiorem efficit vitam;

14 Item Terrenus : Fructus escarum praestans, supervacuis desiderationibus alit, et nutrit animalia pascendo continenter;

15 Aqua vero : Nons olum potus, sed infinitas usui praebendo necessitates, gratas, quod est gratuita, praestat utilitates.

16 Ex eo etiam, qui sacerdotia gerunt moribus Aegyptiorum, ostendunt omnes res e Liquoris potestate consistere. Itaque, cum hydria [a]quae ad templum aedemque casta religione refertur : tunc in terra procumbentes, manibus ad caelum sublatis, inventionibus gratias agunt Divinae benignitati.

17 Cum ergo, et ab physicis et philosophis, et ab sacerdotibus judicetur ex potestate aquae omnes res constare : putavi, quoniam in prioribus septem voluminibus rationes aedificiorum sunt expositae, in hoc oportere de inventionibus aquae, quasque habeat in locorum proprietatibus virtutes, quibusque rationibus ducatur, et quemadmodum [a]nte probetur, scribere.

(Si c'est) la respiration : l'Air, destiné à la rétablir, y pourvoit;

(Si ce sont) des organes ayant besoin de Chaleur : l'énergie du soleil et la découverte du feu rend la vie plus assurée;

De même l'(élément) de Terre : Produisant les vivres, il alimente avec une abondance qui dépasse les besoins, et nourrit les êtres vivants en les repaissant d'une manière incessante.

Quant à l'Eau : répondant non seulement à des nécessités de boisson, mais à des usages sans nombre, elle rend des services agréables par le fait de leur gratuité.

De là aussi, ceux qui exercent le sacerdoce suivant les coutumes égyptiennes, professent que toutes choses proviennent de la puissance de l'Eau. C'est pourquoi, lorsqu'une aiguière (pleine) d'eau est apportée avec respect et sans souillure à la plate-forme (sacrée) et au sanctuaire : alors, se prosternant à terre, les mains levées vers le ciel, ils rendent grâce de sa découverte à la divine bonté.

Donc, comme d'après les physiiciens, les philosophes et les prêtres, on peut juger que c'est de la puissance de l'Eau que résultent toutes choses : j'ai pensé, puisque les théories des édifices ont été exposées dans les sept volumes précédents, qu'il convenait dans celui-ci d'écrire sur les moyens de découvrir l'eau, et quelles qualités elle peut avoir selon les particularités des lieux, et par quels moyens elles sont conduites, et aussi comment elles peuvent d'avance être éprouvées.

[1]

## [DE AQUAE INVENTIONIBUS]

1 Est enim maxime necessaria, et ad vitam, et ad delectationes, et ad usum quotidianum.

Ea autem erit facilius, si erunt fontes aperti et fluentes.

2 Sin autem non profluent : Quaerenda sub terra sunt capita, et colligenda.

Quae sic erunt experienda, uti :

5 Procumbatur in dentes antequam sol exortus fuerit, in quibus locis erit quaerendum ;

Et, in terra mento conlocato et fulto : prospiciantur eae regiones. Sic enim, non errabit excelsius quam oporteat visus, cum erit in motum mentum : sed libratam altitudinem in regionibus certa finitione designabit. Tunc :

4 In quibus locis videbuntur umores con crispantes et in aëra surgentes : ibi fodiatur ; non enim in sicco loco hoc potest signum fieri.

3<sup>1</sup> Item, animadvertendum est quaerentibus aquam, quo genere sint loca ; certa enim sunt in quibus nascitur :

1. Chap. III du manuscrit de Breslau.

[1]

## [DES DÉCOUVERTES D'EAU]

Elle est en effet nécessaire au plus (haut point), et pour la vie, et pour les agréments, et pour l'usage journalier.

Or on se la procurera fort aisément, s'il existe des sources dégagées et coulantes.

Si au contraire il n'y a point de sources coulantes : il faut chercher sous terre des veines et les recueillir.

Celles-ci devront être expérimentées comme il suit :

Que l'on s'étende sur les dents avant que le soleil soit levé, dans les lieux où la recherche est à faire ;

Et, le menton placé et appuyé contre terre, que l'on regarde devant soi ces régions. Ainsi en effet la vue n'errera pas plus haut qu'il ne convient, puisque le menton sera immobile : mais elle circonscrira dans ces régions, par une délimitation nette, une hauteur nivelée. Alors :

Aux lieux où apparaîtront des humidités ondoyantes et s'élevant dans l'air : que là on creuse ; car en lieu sec cet indice ne peut se produire.

De plus, ceux qui cherchent de l'eau doivent observer de quelle nature sont les lieux ; car il en est de déterminés où elle prend naissance :

- 6 In creta :  
Tenuis, et exilis, et non alta est copia. Ea erit non optimo sapore.
- 7 Item, Sabulone soluto :  
Tenuis, sed inferioris loci inveniuntur. Ea erit limosa et insuavis.
- 8 Terra autem nigra :  
Sudores et stillae exiles inveniuntur quae, ex hibernis tempestatibus collectae, in spissis et solidis locis subsidunt. Hae habent optimum saporem.
- 9 Glarea vero :  
Mediocrates et non [c]ertae venae reperiuntur. Hae quoque sunt egregia suavitate.
- 10 Item, sabulone masculino, harenaque carbunculo :  
Certiores et stabiliores sunt copiae. Eaeque sunt bono sapore.
- 11 Rubro saxo :  
Et copiosae; et bonae, si non per intervenia dilabantur et liquescant.
- 12 Sub radicibus autem montium, et in saxis silicibus :  
Uberiores et affluentiores; Eaeque frigidiores sunt et salubriores.
- 13 Campestribus autem fontibus :  
Salsae, graves, tepidae, non suaves : nisi quae, ex montibus sub terra submanantes, erumpunt in medios campos; ibique, arborum umbris con-

Dans l'argile :  
L'eau est (à filets) grêles et chétifs, et (à niveau) peu profond. Elle ne sera pas d'une saveur excellente.  
De même, dans la marne désagrégée :  
(A filets) grêles : mais elle se trouvera en endroit plus bas. Elle sera boueuse et non suave.  
Et, dans le terrain noir,  
Se trouvent des suintements et de chétifs égouttements (provenant) des pluies d'hiver qui, se rassemblant, s'arrêtent sur les couches compactes et consistantes. Celles-ci ont une saveur excellente.  
Quant au gravier :  
Ils'yrencontre des veines de moyenne (importance) et non fixes. Celles-ci aussi sont d'exquise suavité.  
De même, dans la marne consistante et dans le tuf noirâtre :  
Les eaux sont plus fixes et plus persistantes. Et elles sont aussi de bonne saveur.  
Dans la roche rouge :  
Et abondantes; et bonnes, à moins qu'elles ne se disséminent à travers les interstices et ne se corrompent.  
Vers les pieds des montagnes et dans les roches siliceuses :  
Fort riches et affluentes. Et, elles aussi, fort fraîches et salubres.  
Au contraire, dans les sources de plaine :  
Saumâtres, lourdes, tièdes, non agréables : sauf celles qui, (issues) des montagnes et coulant sous terre, s'échappent au milieu des plaines; et



tectae, praestant montanorum fontium suavitatem.

14<sup>1</sup> Signa autem :

Quibus terrarum generibus supra scriptum est, ea invenientur nascentia :

Tenuis juncus ; Salix erratica ; Alnus ; Vitex, Harundo, Hedera ; aliaeque quae ejus modi sunt, quae non possunt nasci sine umore.

15 Solent autem, eadem, in lacunis nata esse quae, [si]dentes praeter reliquum agrum, excipiunt ex imbribus et agris per hiemem, propterque capacitatem diutius conservant umorem :

Quibus non est credendum. Sed :

16 Quibus regionibus et terris — non lacunis — ea signa nascuntur, non sata, sed naturaliter per se procreata : ibi est quaerenda.

17 In quibus, si eae significabuntur, inventiones sic erunt experiundae :

18 Fodiatur quoquo versus locus latus non minus pedes [tres<sup>2</sup>, altus pedes] quinque ;

In eoque conlocetur, circiter solis occasum, scaphium aereum aut plumbeum, aut pelvis.

Ex his quod erit paratum : id, intrinsecus, oleo ungatur, ponaturque inversum ;

là, (lorsqu'elles sont) abritées par des ombres d'arbres, elles présentent la suavité des sources de montagnes.

Et, comme indices :

Dans les genres de terrains qui viennent d'être décrits, se trouvent à l'état natif :

Le Jonc fin ; l'Osier ; l'Aune, le Gailier, la Canne, le Lierre ; et autres qui sont de cette sorte, qui ne peuvent naître sans humidité ;

Mais il arrive que les mêmes (choses) soient nées dans des bas-fonds qui, étant déprimés par rapport à la plaine, recueillent pendant l'hiver l'eau des pluies et de la plaine et, à raison de leur capacité, la conservent fort longtemps,

A ces (choses) il ne faut pas attacher de confiance ; mais :

Dans les régions et terrains — non les bas-fonds — où ces indices sont à l'état natif, non semés, mais naturellement procréés par eux-mêmes : c'est là qu'il faut chercher.

Dans ces (régions), ces découvertes (d'eau), lorsqu'elles auront été révélées, devront être expérimentées comme il suit :

Que l'on fouille, sur une profondeur de cinq pieds, un endroit large en chaque sens d'au moins trois pieds ;

Et qu'on y place, vers le coucher du soleil, soit une coupe, soit un bassin d'airain ou de plomb.

Quel que soit celui des deux qu'on aura préparé : que celui-là soit, intérieurement, graissé d'huile, et posé renversé ;

1. Chap. iv du manuscrit de Breslau.

2. Éd. Rose : Lacune comblée d'après Favent.



Et summa fossura operiatur harundinibus aut fronde. Supra, terra obruatur.

19 Tum, postero die aperiatur :

Et, si in vas[e] stillae erunt : is locus habebit aquam.

Item :

20 Si vas ex creta factum, non coctum, in ea fossione eadem ratione opertum positum fuerit :

Si is locus aquam habuerit : Vas umidum erit, et jam dissolvetur ab umore.

21 Vellusque lanae :

Si conlocatum erit in ea fossura ; insequentem autem die, de eo aqua expressa erit : significabit eum locum habere copiam.

Non minus :

22 Si lucerna, concinnata oleique plena et ascensa, in eo loco operta fuerit conlocata ; et, postero die non erit exusta, sed habuerit reliquias olei et inlychni[i], ipsaque umida invenietur : indicabit eum locum habere aquam ; ideo quod omnis tepor ad se ducit umores.

Item :

23 In eo loco, ignis si factus fuerit ; et percalefacta terra et adusta, vaporem nebulosum ex se suscitaverit : is locus habebit aquam.

24<sup>1</sup> Cum haec ita erunt pertemptata, et

Et que le sommet de la fouille soit recouvert de roseaux ou de branches ; et que, par-dessus, on entasse de la terre.

Alors, le lendemain, qu'elle soit ouverte ;

Et s'il y a des gouttelettes dans le vase : cet endroit aura de l'eau.

De même :

Si un vase fait d'argile, (et) non cuit, a été posé dans cette fouille (et) recouvert de la même manière ;

Si cet endroit doit avoir de l'eau : le vase sera humide et bientôt se désagrègera par l'humidité.

Et une toison de laine :

Si elle a été placée dans cette fouille ; et que, le jour suivant, de l'eau en soit exprimée : elle indiquera que cet endroit en possède.

Et, de plus :

Si une lampe montée, et pleine d'huile et allumée, a été placée (et) recouverte dans cet endroit ; et si le lendemain elle n'a pas épuisé ses moyens de combustion, mais qu'elle conserve des restes d'huile et de mèche ; et qu'elle-même soit trouvée humide : elle indiquera que cet endroit a de l'eau, par cette raison que toute chaleur douce attire à elle les humidités.

De même :

En cet endroit si l'on fait du feu ; et que la terre fortement échauffée et brûlée laisse échapper d'elle une vapeur nuageuse : cet endroit aura de l'eau.

Quand ces essais auront été ainsi

1. Chap. v du manuscrit de Breslau.

quae supra scripta sunt signa inventa;  
tunc :

25 Deprimendus est puteus in eo loco;

Et, si erit caput aquae inventum :

26 Plures circa sunt fodiendi et, per specus, in unum locum omnes conducendi.

27 Haec autem maxime in montibus et regionibus septentrionalibus sunt quaerenda; eo quod, in his, suaviora et salubriora et copiosiora inveniuntur :

Aversi enim sunt solis cursui; et,

28 In his locis, primum, crebrae sunt arbores et silvosae;

Ipsique montes suas habent umbras obstantes, et radii solis non directi perveniunt ad terram nec possunt umores exurere;

Intervallaque montium maxime recipiunt imbres et, propter silvarum crebritatem, nives ab umbris arborum et montium ibi diutius conservantur : deinde, liquatae, per terrae venas percolantur, et ita perveniunt ad infimas montium radices; ex quibus, profluentes, fontium erumpunt [f]luctus.

29 Campestribus autem locis, contrario :

Non possunt habere copias.

entièrement accomplis, et que les indices qui ont été ci-dessus écrits auront été trouvés; alors :

Un puits doit être creusé en cet endroit;

Et, si une veine d'eau est trouvée :

Plusieurs (autres puits) doivent être creusés au voisinage; et, par le moyen de galeries, tous doivent être concentrés en un même endroit.

Or ces choses doivent être cherchées de préférence dans les montagnes et aux orientations septentrionales; par cette raison que, dans ces (endroits), elles se trouvent plus suaves, et plus salubres, et plus abondantes.

En effet, ils sont à l'opposite du soleil; et :

Dans ces endroits, d'abord sont des arbres serrés et touffus;

Et, les montagnes elles-mêmes ayant leurs ombres comme obstacles aux rayons du soleil, ceux-ci ne parviennent pas directs jusqu'à la terre et ne peuvent pas échauffer les eaux;

Et les ravins des montagnes reçoivent particulièrement les pluies; et, à raison de la densité des forêts, les neiges y sont fort longtemps conservées par les ombres des arbres et des montagnes : ensuite, fondues, elles se filtrent à travers les veines de la terre, et ainsi elles parviennent jusqu'aux pieds les plus bas des montagnes; d'où s'écoulant s'échappent les jets des sources.

Mais, dans les endroits de plaine, (c'est) l'inverse :

Ils ne peuvent pas avoir d'abondances (d'eaux).

30 [Et], quaeque sunt, non possunt habere salubritatem; quod solis vehemens impetus, propter nullam obstantiam umbrarum : eripit exhauriendo, fervens, ex planitie camporum umorem.

31 Et, si quae sunt aquae apparentes : ex his, quod est levissimum tenuissimumque et subtili salubritate, aër avocans dissipat in impetum caeli; quaeque gravissimae duracque et insuaves sunt partes : eae in fontibus campestribus relinquuntur.

Et le peu (d'eaux) qui y sont, ne peuvent pas avoir de salubrité; parce que le violent effort du soleil, brûlant à raison de l'absence d'obstacle des arbres, enlève en l'épuisant l'humidité de la surface plate des champs.

Et s'il y a quelques eaux qui se manifestent : de celles-ci ce qui est le plus léger et le plus ténu et d'une délicate salubrité, l'air l'enlevant le dissipe dans l'immensité du ciel; et les parties qui sont les plus lourdes, et dures et insuaves, celles-là sont (seules) laissées dans les sources de plaine.

[II]

## [DE AQUA IMBRIUM]

- 1 Itaque, quae ex imbribus aqua colligitur, salubriores habet virtutes : quod eligitur ex omnibus fontibus levissimis subtilibusque tenuitatibus ; deinde, per aëris exercitationem percolata, tempestatibus liquescendo, pervenit ad terram.
- 2 Etiamque, non crebriter in campis confluunt imbres : sed in montibus, aut ad ipsos montes ; ideo quod :
- 3 Umores, ex terra, matutino solis ortu moti, cum sunt egressi : in quamcumque partem caeli sunt proclinati, trudent aëra ; deinde, cum sunt moti : propter vacuitatem loci post se, recipiunt aëris ruentes undas.
- 4 Aër autem qui ruit : trudens quocumque umorem : per vim spiritus, impetus et undas crescentes facit ventorum.
- 5 A ventis autem quocumque feruntur, umores conglobati ex fontibus et fluminibus et paludibus et pelago, cum tepore solis colligunt[ur] et exhauriunt[ur] : et ita tollunt[ur] in altitudinem nubes ;

[II]

## [DE L'EAU DES PLUIES]

Ainsi l'eau qu'on recueille des pluies a des qualités plus salubres, parce qu'elle provient par sélection de ténuités très légères et délicates empruntées à toutes les sources ; filtrée à travers l'agitation de l'air, elle revient à la terre en se liquéfiant par les tempêtes.

De plus, ce n'est pas dans les plaines que les pluies affluent abondamment ; mais sur les montagnes, ou au voisinage des montagnes mêmes ; et ceci, parce que :

Les humidités, lorsque, mises en mouvement par le lever matinal du soleil, elles sont sorties de terre : quelle que soit la partie du ciel vers laquelle elles sont dirigées, y poussent l'air ; ensuite, lorsqu'elles sont en mouvement : à raison du vide (qu'elles provoquent) dans l'espace derrière elles, appellent des ondes d'air qui y font irruption ;

A son tour, l'air qui fait irruption : poussant en tous sens l'humidité, produit par la violence de son souffle des impétuosités et des ondes de vents (sans cesse) croissantes ;

A leur tour, partout où elles sont portées par les vents, ces humidités recueillies des sources et des rivières et des marais et de la mer : à mesure que le soleil les chauffe, se rassemblent et sont aspirées ; et ainsi s'élèvent en hauteur les nuages ;

- 6 Deinde, cum aëris unda nitentes, cum perventum ad montes : ab eorum offens[a], et procellis propter plenitatem et gravitatem liquescendo, dispargunt[ur]; et, ita, diffund[un]tur in terras.
- 7 Vaporem autem, et nebulas, et umores ex terra nasci, haec videtur efficere ratio :
- 8 Quod ea habet in se et calores fervidos, et spiritus inmanes, refrigerationesque, et aquarum magnam multitudinem.
- Ex eo :
- 9 Cum refrigeratum nocte, sol oriens, impetu tangit orbem terrae, et ventorum flatus oriuntur per tenebras : ab umidis locis egrediuntur in altitudinem nubes.
- 10 Aër autem, quod, a sole percalefactus, cum [ro]rationibus<sup>1</sup> tollit ex terra umores : licet ex balineis exemplum capere :
- 11 Nullae enim camerae quae sunt caldarium, supra se, possunt habere fontes; Sed caelum quod est [i]bi, ex praefurniis ab ignis vapore percalefactum, corripit ex pavementis aquam, et aufert secum in camerarum curvaturas, et sustinet : ideo quod semper vapor calidus in altitudinem se trudit.

Ensuite, cheminant avec l'onde de l'air : lorsqu'ils rencontrent des montagnes : par le fait de l'obstacle de ces (montagnes), et se liquéfiant en averses à raison de leur plénitude et de leur lourdeur, (les nuages) ils se dispersent et, à cet état, ils se répandent sur les terres.

Or voici la raison d'où paraît résulter que la vapeur et les brouillards et les humidités naissent de la terre :

(C'est) que celle-ci contient en elle et des chaleurs brûlantes, et d'énormes souffles (emprisonnés), et des fraîcheurs, et une grande quantité d'eaux.

D'après cela :

Lorsque dans son élan le soleil levant frappe le globe de la terre refroidi par la nuit et que des souffles de vents s'élèvent pendant les ténèbres : des nuages sortent des lieux humides et sont portés vers les hautes régions.

Et comme quoi l'air fortement chauffé par le soleil fait monter avec production de rosées les humidités de la terre : on peut emprunter aux bains une comparaison.

En effet, parmi les voûtes qui abritent leurs salles chaudes, il n'en est point qui puissent avoir au-dessus d'elles des sources (dont l'eau les traverse); mais le ciel (de ces voûtes), fortement chauffé par une vapeur de feu provenant des avant-foyers, attire à lui de l'eau provenant des pavements, et la soutient, par cette raison que toujours une vapeur chaude se porte vers le haut :

1. Les manuscrits portent « cum rationibus » : Corr. de Vossius.

12 Et, primo, non remittit, propter brevitatem;

Simul autem plus umoris habet congestum : non potest sustinere, propter gravitatem; sed stillat supra lavantium capita :

13 Item, eadem ratione, caelestis aër, cum ab sole percipit calorem; ex omnibus locis hauriendo tollit umores, et congregat ad nubes.

14 Ita enim terra, fervore tacta, eicit umores, ut etiam corpus hominis, ex calore, emittit sudores.

Indices autem sunt ejus rei, venti :

15 Ex quibus : qui a frigidissimis partibus veniunt procreati — septentrio et aquilo — e[x]tenuatos siccitatibus in aëre flatus spirant ;

Auster vero, et reliqui qui a solis cursu impetum faciunt, sunt umidissimi et adportant imbres : quod percalecti ab regionibus fervidis adveniunt, e[t] omnibus terris la[m]bentes eripiunt umores, et ita eos profundunt ad septentrionales regiones.

16<sup>1</sup> Haec autem sic fieri, testimonia possunt esse capita fluminum : quae, orbe terrarum, chorographiis picta itemque scripta, plurima maximaque inveniuntur egressa ab septentrione.

Et, tout d'abord, il ne laisse pas tomber (cette eau), à raison de sa ténuité;

Mais, à mesure qu'il a plus d'eau accumulée, il ne peut plus la soutenir à raison de sa lourdeur : mais il la laisse tomber en gouttes sur les têtes des baigneurs :

Ainsi, de la même manière, l'air du ciel, lorsqu'il reçoit du soleil la chaleur : puisant de tous lieux les humidités, les élève et les agglomère en nuages.

Or la terre, atteinte par l'ardeur (du soleil), dégage des humidités tout comme le corps de l'homme, par la chaleur, émet des sueurs :

Et les indices de ce fait, sont les vents :

Parmi les (vents), ceux qui viennent engendrés dans les régions les plus froides — le Septentrio et l'Aquilo — lancent dans l'air des souffles épuisés par siccité;

Au contraire, l'Auster et autres qui prennent leur élan sur le cours du soleil, sont très humides et apportent des pluies : parce qu'ils arrivent fortement chauffés de régions brûlantes; et, léchant, ils enlèvent à toutes les terres leurs humidités, et ainsi les répandent vers les régions septentrionales.

Or, que les choses se passent ainsi, peuvent être (prises comme) témoignages les sources des fleuves : qui, dans l'univers, figurées par les cartes ou indiquées par les descriptions<sup>2</sup>, se

1. Chap. vii du manuscrit de Breslau.

2. Nous laissons à l'auteur la responsabilité de ses indications géographiques.



17 Primumque : In India, Ganges et Indus ab Caucasio monte oriuntur ;

Syria, Tigris et Euphrates. Asiae item Ponto, Borysthenes, Hypanis, Tanais ; Colch[i]s, Phasis ; Gallia, Rhodanus ; Celtica, Rhenus ; Citra Alpes : Timavus et Padus ; Italia, Tiberis ;

Maurusia, quam nostri Mauretanium appellant :

18 Ex monte Atlante, Dryis ; qui, Ortus ex septentrionali regione, progreditur per occidentem ad lacum [H]eptagonum et,

Mutato nomine, dicitur [Ni]ger<sup>1</sup> ;

Deinde, ex lacu [H]eptabolo sub montes desertos subterfluens, per meridiana loca manat,

Et influit in paludem quae appellatur....

Circumcingit Meroën, quod est Aethiopia meridiana regnum ;

Ab hisque paludibus se circumagens, per flumina Astansoboam et Adstoboam et alia plura,

Pervenit per montes ad cataractam ;

Ab e[a]que se praecipitans, per septentrionem pervenit, inter Elephantida et Syenen in Aegyptum<sup>2</sup> Thebaicosque campos,

Et ibi Nilus appellatur.

trouvent, la plupart et les principales, issues du Septentrion.

Et d'abord : Dans l'Inde, le Gange et l'Indus partent du mont Caucase ;

(Partent également du Septentrion) :

En Syrie, le Tigre et l'Euphrate. De même, dans le Pont d'Asie, le Borysthène, l'Hypanis, le Tanaïs. Chez les Colches, le Phase. Dans la Gaule, le Rhône. Dans la Celtique, le Rhin. En deçà des Alpes : le Timave et le Pô. En Italie, le Tibre.

Dans la Maurusie, que les nôtres appellent Maurétanie :

(Issu) du mont Atlas : le Dryis ; qui, Prenant sa source dans la région septentrionale, s'avance vers l'occident jusqu'au lac Heptagone et,

Changeant de nom, est dit [Ni]ger ;

Puis, à partir du lac Heptabole, coulant souterrainement sous des montagnes désertes, émerge en traversant des régions méridionales,

Et se verse dans un marais qui est dit... ;

Circule autour de Meroë qui est un royaume des Éthiopiens méridionaux ;

Et, au sortir de ces marais, formant par ses circonvolutions les fleuves Astansoboa et Adstoboa et plusieurs autres,

Parvient à travers monts à la cataracte ;

Et après s'y être précipité, parvient par le Septentrion, entre Éléphantis et Syène, dans l'Égypte et les plaines de Thèbes,

Et là est appelé Nil.

1. Sans corr. : « Agger ».

2. Sans corr. : « Thebaicosque in Aegyptum campos ».



19 Ex Mauretania autem caput Nili profluere, ex eo maxime cognoscitur, quod;

Altera parte montis Atlantis, [sunt] alia capita, item profluentia ad Occidentem Oceanum :

Ibique nascuntur ichneumones, crocodili [et] aliae similes bestiarum pisciumque naturae, praeter hippopotamos.

20<sup>1</sup> Ergo,

Cum omnia flumina [amplis]<sup>2</sup> magnitudinibus, in orbis terrarum descriptionibus, a septentrione videantur profluere; Africique campi, qui sunt in meridianis partibus subjecti solis cursui, latentes penitus habe[a]nt umores, nec fontes crebros, amnesque raros :

Relinquitur,

21 Uti multo meliora inveniantur capita fontium quae ad septentrionem aut aquilonem spectant;

Nisi si inciderint in sulphurosum locum, aut aluminosum, seu bituminosum :

Tunc enim permutantur; [et], aut calidae aquae, aut frigidae odore malo et sapore profundunt fontes.

22 Neque enim calidae aquae est ulla proprietas : Sed frigida aqua, cum incidit percurrens in ardentem locum, effervescit, et percaefacta egreditur per venas extra terram.

Or, que la source du Nil découle de la Maurétanie, on le reconnaît à ce que :

Dè l'autre côté du mont Atlas, sont d'autres sources de fleuves coulant elles aussi vers l'Océan occidental;

Et que là naissent des ichneumons, des crocodiles et autres semblables espèces de bêtes et de poissons, sauf les hippopotames.

Donc,

Puisque tous les fleuves d'amples grandeurs, d'après les descriptions du globe terrestre, paraissent découler du septentrion; et que les plaines d'Afrique qui, dans les régions méridionales, sont exposées au cours du soleil, ont des humidités cachées dans leurs profondeurs, point de sources abondantes, et des affluents rares :

Il en résulte :

Que les sources de fontaines que l'on trouvera tournées vers le septentrion ou l'aquilon seront de beaucoup les meilleures ;

A moins qu'elles n'aient traversé un terrain sulfureux, ou alumineux, ou bitumineux :

Alors en effet elles se transforment, et continuent à couler en fontaines d'eau ou chaude, ou froide avec odeur et saveur mauvaise.

D'ailleurs, il n'y a nulle eau qui par elle-même soit chaude : Mais l'eau froide, lorsque dans son parcours elle traverse un endroit brûlant, entre en effervescence et, fortement chauffée,

1. Chap. viii du manuscrit de Breslau.

2. Éd. Rose. Ce mot manque aux manuscrits; ainsi que, dans le § précédent, les mots « sunt » et « et ».

Ideo diutius non potest permanere, sed brevi spatio fit frigida : namque, si naturaliter esset calida, non refrigeraretur calor ejus.

23 Sapor autem, et odor, et color ejus : non restituitur, quod intinctus et commixtus est propter naturae raritatem.

sort à travers les veines de la terre.

Aussi elle ne peut pas fort longtemps rester chaude : mais, en un court espace (de temps), elle (re)devient froide. Or, si par sa nature elle était chaude, sa chaleur ne se refroidirait pas.

Quant à sa saveur (originelle), et son odeur, et sa couleur : elle ne se reconstitue pas, parce que (cette eau) est imprégnée et intimement mélangée à raison de la porosité de sa nature.

[III]

[DE AQUIS CALIDIS ET DE VARIORUM  
FONTIUM, FLUMINUM LACUUMQUE  
NATURA]

1 Sunt autem etiam nonnulli fontes calidi, ex quibus profluit aqua sapore optimo, quae in potione ita est suavis, uti nec fontalis ab Camenis, nec Marcia saliens desideretur.

2 Haec autem ab natura perficiuntur his rationibus :

Cum, in imo, per alumen aut bitumen seu sulphur, ignis excitatur : Ardore percandefacit terram quae est;

Supra se autem, fervidum emittit in superiora loca vaporem;

Et ita si, in his locis qui sunt supra, fontes dulcis aquae nascuntur : offensi eo vapore, effervescunt inter venas; et ita, profluunt incorrupto sapore.

3<sup>1</sup> Sunt etiam odore et sapore non bono, frigidi fontes :

Qui, ab inferioribus locis penitus orti, per loca ardentia transeunt; et, ab eo, per longum spatium terrae

[III]

[DES EAUX CHAUDES,  
ET DE LA NATURE DES DIVERSES  
SORTES DE SOURCES, RIVIÈRES  
ET LACS]

Or il y a aussi quelques sources chaudes d'où s'écoule une eau de saveur excellente, qui en boisson est tellement suave, qu'elle ne fait envier ni l'eau de source des Muses, ni l'eau jaillissante de la Marcia.

Or cela se produit par la nature de la manière suivante :

Quand, dans les profondeurs, un feu s'allume à travers de l'alun, ou du bitume, ou du soufre : par son ardeur il rend incandescent ce qu'il y a de terre;

Et, au-dessus de lui, il émet vers les lieux plus élevés sa vapeur brûlante;

Et de cette sorte, si, dans ces lieux qui sont au-dessus, des sources d'eau douce prennent naissance : rencontrées par cette vapeur, elles entrent en effervescence dans l'intervalle des veines; et, ainsi, elles s'écoulent avec une saveur inaltérée.

Par contre, il existe des sources froides, d'odeur et de saveur non bonne :

Celles-ci, issues des lieux inférieurs dans leurs profondeurs (mêmes), passent à travers les lieux brûlants; et,

1. Chap. ix du manuscrit de Breslau.

percurrentes : refrigerati, perveniunt supra terram sapore, odore coloreque corrupto. Uti :

In Tiburtina via : Albula; et, in Ardeatino, fontes frigidi eodem odore, qui sulphurati dicuntur; et reliquis locis similibus.

4 Hi autem, cum sunt frigidi, ideo videntur aspectu fervere, quod :

Cum in ardentem locum alte penitus inciderunt : umore et igni inter se congruentibus offensa, vehementi fragore validos recipiunt in se spiritus. Ut ita inflati, vi venti coacti : bullientes [crebro] per fontes egrediuntur.

5 Ex his autem qui non sunt aperti, sed a[b] saxis continentur :

Per angustas venas, vehementia, spiritus extruduntur ad summos grumorum tumulos.

Itaque qui putant se, altitudine qua sunt grumi, capita fontium [p]osse habere : cum aperiunt fossuras latius, decipiuntur. Namque, uti :

6 Aeneum vas, non in summis labris plenum, sed aquae mensurae suae capacitatis habens e tribus partibus duas partes, oper[cul]umque in eo conlocatum;

ensuite, cheminant à travers un long espace de terre : refroidies, elles parviennent à fleur de terre avec saveur, odeur et couleur altérée. Par exemple :

Sur la voie Tiburtine, l'Albula; et, dans la région d'Ardée, des sources froides de même odeur (que la sienne), qui s'appellent sulfurées; et dans d'autres lieux semblables.

Or celles-ci, bien qu'elles soient froides, à l'aspect semblent bouillir; parce que :

Comme elles ont pénétré très bas dans les profondeurs de l'endroit ardent, l'humidité et le feu s'associent ensemble par rencontre : avec un violent fracas elles reçoivent en elles des souffles. De telle sorte que, ainsi gonflées, contraintes par la violence de ce vent, c'est en bouillonnant activement qu'elles émergent en sources.

Et lorsque ces sources ne sont pas libres mais contraintes par des rochers :

À travers leurs étroites veines, avec violence, des souffles sont chassés jusqu'aux sommets des mamelons de leurs panaches.

Aussi, ceux qui croient que le départ de ces sources puisse se trouver au niveau où sont leurs panaches : lorsqu'ils ouvrent des tranchées prolongées, subissent une déception. En effet, de même que :

Un vase d'airain, plein non jusqu'aux lèvres, mais ayant : En mesure d'eau, sur trois parties de sa capacité, deux parties; Et un couvercle placé sur lui;

Cum ignis vehementi fervore tangatur :

Percalifieri cogit aquam ;

Ea autem, propter naturalem raritatem, in se recipiens fervoris validam inflationem : non modo implet vas ; sed, spiritibus extollens operculum et crescens, abundat :

Sublato autem operculo, emissis inflationibus in aëre patenti, rursus ad suum locum resedit :

7 Ad eundem modum, Ea capita fontium cum sunt angustiis compressa : ruunt in summum spiritus aquae bullitus.

Simul autem sunt latius aperti : Exanimati per raritates liquidæ potestatis, residunt, et restituuntur in libramenti proprietate[m].

8<sup>1</sup> Omnis autem aqua calida, ideo qu[idem] est medicamentosa, quod, in pravis rebus percocta, aliam virtutem recipit ad usum.

Namque, sulphurosi fontes :

Nervorum labores reficiunt, percalificiando exurendoque e corporibus umores vitiosos.

9 Aluminosi autem :

Cum dissoluta membra corporum paralyti aut [t]ali qua<sup>2</sup> vi morbi receperunt : Fovendo per venas refrigeratione[m], contraria caloris vi reficiunt ;

Lorsqu'il est atteint par la violente ardeur du feu :

(Le feu) force l'eau à s'échauffer fortement ;

Celle-ci, de son côté, à raison de sa porosité, recevant en elle un énergique gonflement de chaleur : non seulement remplit le vase ; mais, soulevant par ses souffles le couvercle, et grossissant, déborde.

Puis, le couvercle une fois soulevé et les gonflements évacués à l'air libre, de nouveau elle s'affaisse en son état (primitif) :

De la même manière, lorsque ces sources naissantes sont comprimées par des resserrements, les souffles du bouillonnement de l'eau font éruption au sommet ;

Mais, à mesure qu'elles sont plus largement ouvertes : privées de souffle dans les pores de leur puissance liquide, elles s'affaissent, et obéissent de nouveau à la loi du nivellement.

Or toute eau chaude, est par cela même médicinale : parce que, recuite dans des choses anormales, elle acquiert une vertu étrangère.

Ainsi, les sources sulfureuses :

Rétablissent les fatigues des nerfs en réchauffant fortement et en faisant, par combustion, disparaître des corps les humeurs vicieuses.

Quant aux alumineuses :

Lorsque les membres des corps, épuisés par la paralysie ou quelque maladie de ce genre, les auront reçues : (ces eaux), opposant dans les veines le

1. Chap. x du manuscrit de Breslau.

2. Éd. Rose. Sans corr. : « aliqua ».

et hoc, continenter restituuntur in antiquam membr[a] curationem.

10 Bituminosi autem :

Interioris corporis vitia, potionibus purgando, solent mederi.

11 Est autem aquae frigidae genus nitrosum :

Uti Pinnae, Vestinae, Cutiliis aliisque locis similibus, quae potionibus depurgat, per alvumque transeundo, etiam strumarum minuit tumores.

12 Ubi verum argentum, ferrum, aes, plumbum, reliquaeque res earum similes fodiuntur,

Fontes inveniuntur copiosi; sed hi maxime sunt vitiosi :

Habent enim vitia aquae calidae sulphur, alumen, bitumen; e[ad]demque, per potiones cum in corpus init et, per venas permanendo, nervos attingit et artus : eos durat inflando.

Igitur nervi, inflatione turgentes, ex longitudine contrahuntur; et ita, aut nervicos aut podagricos efficiunt homines, ideo quod ex durissimis et spissioribus frigidissimisque rebus intinctas habent venarum raritates.

13 Aquae autem species est quae, cum habeat non satis perlucid[itatis]<sup>1</sup> : ex

réchauffement au refroidissement, rétablissent par la contraire puissance de la chaleur; et, par là, peu à peu les membres reviennent à leur ancien état de santé.

Quant aux bitumineuses :

Elles ont coutume de remédier, en purgeant par potions, aux altérations intérieures du corps.

Il est aussi un genre nitreux d'eau froide,

Par exemple à Pinna, Vestina, Cutiliae et en d'autres lieux semblables : qui purge par potions; et qui, passant par le ventre, diminue aussi les tumeurs de scrofules.

Au contraire, où s'extraient l'argent, le fer, le cuivre, le plomb et les autres choses qui leur ressemblent :

Il se trouve des sources abondantes; mais celles-ci sont au plus haut point vicieuses :

Or les matières vicieuses de l'eau chaude contiennent du soufre, de l'alun, du bitume; et quand cette même (eau), par potions, s'infiltré dans le corps et que, circulant par les veines, elle atteint les nerfs et les jointures : elle les durcit en les enflant.

Aussi les nerfs, gonflés par enflure, se contractent sur leur longueur; et ainsi rendent les hommes ou goutteux ou podagres, parce qu'ils ont les pores de leurs veines imprégnées de choses très dures et fort épaisses et très froides.

Il est aussi une variété d'eau qui, ayant peu de transparence, engendre

1. Sans corr. : « perlucidus » (Ussing).



ipsa uti flos natat in summo, colore similis vitri purpurci.

Hoc autem maxime consideratur Athenis : Ibi enim, ex ejusmodi locis et fontibus, in Asty et ad portum Piraeum ducti sunt salientes. Ex quibus nemo bibit, propter eam causam, sed lavationibus et reliquis rebus utuntur : bibunt autem ex puteis ; et ita vitant eorum vitia.

14 Troezeni, non potest id vitari : quod omnino aliud genus aquae non reperitur, nisi quod Cibdeli habeant. Itaque in ea civitate, aut omnes, aut maxima parte sunt pedibus vitiosi.

15 Cilicia vero, civita[te] Tarso : flumen est, nomine Cydnos, in quo podagrici crura macerantes, levantur dolore.

16 Sunt autem et alia multa genera quae habent suas proprietates ; ut :

In Sicilia, flumen est Himeras.

Quod, à fonte cum est progressum, dividitur in duas partes :

Quae pars profluit contra Etruriam, quod per terrae dulcem sucum percurrit, est infinita dulcedine ;

Quae altera pars, per eam terram currit unde sal foditur : Salsum habet saporem.

17 Item, Paretonio<sup>1</sup>, quod est iter ad Ammonem ; et Casio, ad Aegyptum :

comme une efflorescence qui nage à sa surface (et est) de la couleur du pastel pourpre.

Cela peut s'observer spécialement à Athènes : Là en effet, des conduites partant de lieux et de sources de ce genre alimentent dans la ville et vers le port du Pirée des fontaines jaillissantes. Personne n'en boit, pour cette raison ; mais on s'en sert pour les lavages et autres usages : on boit l'eau des puits ; et ainsi on évite les dangers de ces (fontaines).

A Trézène, cela ne peut pas être évité, parce qu'on ne trouve absolument point d'autre sorte d'eau, si ce n'est celle qu'on peut avoir à Cibdèle. Aussi dans cette ville, ou tous ou la plupart souffrent des pieds.

Au contraire, en Cilicie, dans la ville de Tarse est un fleuve du nom de Cydnus où les podagres baignant leurs jambes sont soulagés de la douleur.

Il y a aussi beaucoup d'autres sortes (de cours d'eau) qui ont leurs particularités. Par exemple,

En Sicile, le fleuve Himère :

Celui-ci, après être sorti de la source, se divise en deux parties :

La partie qui s'écoule en regard de l'Étrurie, comme elle court à travers un suc de terre doux, est d'une douceur infinie ;

Quant à l'autre partie, elle court à travers cette terre d'où l'on extrait le sel. Elle a une saveur salée.

De même, au Paretonium, c'est-à-dire sur le chemin d'Ammon, et à

1. Sans corr. : « paraetonio et quod est iter ad Ammonem ».



Lacus sunt palustres, qui ita sunt salsi, ut habeant super se salem congelatum.

Sunt autem et aliis pluribus locis, et fontes, et flumina, [et] lacus qui, per salsifodinas percurrentes, necessario salsi perficiuntur.

18 Alii autem, per pingues terrae venas profluentes, uncti oleo fontes erumpunt; uti :

Solis, quod oppidum est Ciliciae, flumen nomine Liparis : in quo natantes aut lavantes ab ipsa aqua unguuntur.

Similiter :

19 Aethiopiae lacus est, qui unctos homines efficit qui in eo nataverint;

20 Et, in India, qui sereno caelo emittit olei magnam multitudinem;

21 Item, Carthagini, fons in quo natat insuper oleum, odore uti [e] scober citreo, quo oleo etiam pecora solent ungi;

22 Zacintho, et circa Dyrrachium et Apolloniam, fontes sunt qui picis magnam multitudinem cum aqua evomunt;

23 Babylone, lacus amplissima magnitudine qui Λίμνη ασφαλτίτις<sup>1</sup> appellatur, habet supra natans liquidum bitumen : quo bitumine et latere testaceo structum murum Semiramis circumdedit Babyloni.

Casium près de l'Égypte, sont des lacs marécageux, qui sont tellement salés qu'ils ont à leur surface du sel cristallisé.

Il y a aussi en divers autres lieux, et des sources, et des cours d'eau, et des lacs qui, traversant des salines, nécessairement sont rendus salés.

D'autres au contraire, coulant à travers des veines de terre onctueuses, s'échappent en sources imprégnées d'huile. Par exemple :

A Soles, qui est une place de la Cilicie : Un fleuve, nommé Liparis, dans lequel ceux qui nagent ou se baignent sont oints par l'eau même.

Et, pareillement,

Il est un lac d'Éthiopie d'où les hommes sortent oints après y avoir nagé;

Et, dans l'Inde : un qui, par un ciel serein, émet une grande abondance d'huile;

De même, à Carthage, une source sur laquelle surnage une huile d'une odeur comme d'écorce de citron, de laquelle huile les troupeaux mêmes sont habituellement oints;

A Zacinthe et au voisinage de Dyrrachium et d'Apollonie, sont des sources qui vomissent avec leur eau une grande abondance de poix;

A Babylone, un lac de très ample grandeur qui s'appelle Lac asphaltite a, nageant à sa surface, un bitume liquide; et c'est à l'aide de ce bitume et de brique (cuite) comme du tuileau, qu'est maçonné le mur dont Sémiramis entoura Babylone.

1. Écrit : « Limnea spartacis ».

24 Item, [J]ope in Syria, Arabiaque Numidarum, lacus sunt inmani magnitudine qui emittunt bituminis maximas moles, quas diripiunt qui habitant circa.

Id autem non est mirandum : nam crebrae sunt ibi lapidicinae bituminis duri. Cum ergo per bituminosam terram vis erumpit aquae, secum extrahit ; et, cum sit egressa extra terram, discernitur : et ita rejicit ab se bitumen.

25 Etiamque est in Cappadocia, in itinere quod est inter Mazaca et Tyana, lacus amplus, in quem lacum, pars sive harundinis sive alii generis si demissa fuerit et, postero die, exempta : ea pars quae fuerit exempta, invenietur lapidea ; quae autem pars extra aquam manserit, permanet in sua proprietate.

Ad eundem modum :

26 Hierapoli Phrygiae effervet aquae calidae multitudo, e qua] circum hortos et vineas, fossis ductis, inmittitur : haec autem efficitur, post annum, crusta lapidea.

Itaque quotannis, dextra ac sinistra margines ex terra faciundo, inducunt eam ; et efficiunt, his crustis, in agris septa.

27 Hoc autem ita videtur naturaliter fieri, quod in his locis et ea terra quibus is nascitur, sucus subest coaguli naturae similis. Deinde, cum commixta vis egreditur per fontes extra

De même, à Jope en Syrie, et dans l'Arabie des Numides, sont des lacs d'énorme grandeur qui émettent de très grandes masses de bitume, que recueillent ceux qui habitent alentour.

Or cela n'a rien d'étonnant : car là sont de nombreuses carrières de bitume dur. Ainsi, lorsque la violence de l'eau fait éruption à travers une terre bitumineuse, elle en entraîne avec elle ; puis, lorsqu'elle est sortie hors de terre, elle se décante : et ainsi elle rejette d'elle le bitume.

Il est aussi en Cappadoce, sur le chemin qui est entre Mazaca et Tyane, un lac ample ; dans lequel lac si un roseau ou un objet quelconque a été partiellement immergé et, le lendemain, retiré : cette partie qui aura été retirée (après immersion) sera trouvée pierreuse ; quant à la partie qui sera restée hors de l'eau, elle persiste dans ses propriétés.

D'une semblable manière :

A Hierapolis de Phrygie bouillonne une abondance d'eau chaude, dont on dirige, par creusement de fossés, des dérivations au pourtour des jardins et des vignes : et celle-ci, après un an, se transforme en une croûte de pierre ;

Puis, chaque année, faisant à droite et à gauche des bourrelets de terre, ils la font passer entre : et obtiennent, à l'aide de ces croûtes, des clôtures dans leurs champs.

Or cela paraît se passer ainsi parce que, dans les lieux et dans cette terre où cette (source) prend naissance, il existe en dessous un suc de la nature de la présure. Ensuite, lorsque la puis-

terram, a solis et aëris calore cogitur congelari : ut etiam in areis salinarum videtur.

28 Item, sunt ex amaro succo terrae fontes exeuntes, vehementer amari;

Ut, in Ponto, est flumen Hypanis :

A capite, profluit circiter millia XL sapore dulcissimo. Deinde, cum pervenit ad locum qui est ab ostio ad millia CLX, admiscetur ei fonticulus oppido quam parvulus : Is cum influit, tunc tantam magnitudinem fluminis facit amaram; ideo quod, per id genus terrae et venas unde sandaracam fodiunt e[a] aqua manando, perficitur amara.

29 Haec autem dissimilibus saporibus a terrae proprietate perficiuntur; uti etiam in fructibus videtur.

Si enim radices arborum, aut vitium, aut reliquorum seminum, non ex terrae proprietatibus succum capiendo ederent fructus : uno genere essent, in omnibus locis et regionibus, omnium sapes. Sed animadvertimus :

30 Insul[a] Lesbo, vinum protyrum; Ma[e]oni[a] : catacecaumenite[n]; Lydia : [T]moliten; Sicili[a] : Mamertinum; Campani[a] : Falernum; in Terracina et fundis Cae[cu]bum reliquisque locis pluribus, innumerabili multitudine genera vini virtutesque pro-

sance résultant du mélange sort en sources hors de la terre : par la chaleur du soleil et de l'air elle est forcée de se coaguler; comme aussi on l'observe dans les aires des salines.

De même il y a, sortant d'un suc de terre amer, des sources violemment amères.

Tel est, dans le Pont, le fleuve Hypanis :

A partir de sa source, il coule sur environ 60 milles avec une saveur très douce; puis, lorsqu'il est parvenu à un endroit qui est à 160 milles de son embouchure : une petite source, tout à fait minime, se mêle à lui. Et, dès qu'elle s'y jette, alors elle rend amère la si grande masse du fleuve; parce que son eau, coulant à travers ce genre et ces veines de terre d'où l'on extrait la sandaraca, acquiert l'amertume.

Or ces choses acquièrent des saveurs dissemblables d'après les propriétés de la terre : ainsi qu'on le reconnaît aussi dans les fruits.

Si en effet les racines des arbres, ou des vignes, ou des autres semences ne produisaient pas les fruits en prenant un suc selon les propriétés de la terre : d'un même genre seraient, en tous lieux et contrées, les saveurs de tous (ces fruits). Or nous remarquons que :

Dans l'île de Lesbos, le vin protyrum; en Maeonie, le katakekauménite; en Lydie, le tmolite; en Sicile, le mamertin; en Campanie, le falerne; à Terracine et sur le territoire des Cécubes, et dans beaucoup d'autres lieux : en innombrable multitude sont engen-

creari, quae non aliter possunt fieri, nisi cum terrenus umor su[ae] proprietatis sapore in radicibus sit infusus, enutrit materiam; per quam, egrediens ad cacumen : profundat proprium loci et generis sui, fructus saporem.

- 31 Quod si terra generibus umorum non esset dissimilis et disparata : non tantum in Syria et Arabia in harundinibus et vineis herbisque omnibus essent odores; neque arbores turiferae; neque piperis [ess]ent bacc[e], nec myrrae globulae; nec Cyrenis; in ferulis laser nasceretur : sed; in omni terra, regionibus eodem genere, omnia procrearentur.

Has autem varietates regionibus et locis : inclinatio mundi, et solis impetus propius aut longius cursum faciendo, tales efficit terrae umor[isque] qualitates.

- 32 Nec solum in his rebus, sed etiam in pecoribus et armentis discernuntur :

Haec non ita [dis]similiter efficerentur; nisi proprietates singularum terrarum in regionibus ad solis potestatem temperarentur.

- 33 Sunt enim Boeotiae flumina Cephisos et Melas; Lucaniae, [C]ratis; Troja[e],

drées des espèces et qualités du vin, qui ne peuvent se produire autrement, sinon parce que, lorsqu'une humeur terrestre est infusée dans les racines avec la saveur qui lui est propre, celle-ci nourrit le bois; par l'intermédiaire duquel, montant vers la cime, elle répand la saveur de fruit propre à son emplacement et à son genre.

Que si la terre n'était pas dissemblable et disparate quant aux genres de ses humeurs : ce n'est pas seulement en Syrie et en Arabie que des parfums se trouveraient dans les roseaux et les vignes et toutes les herbes; et qu'il y aurait des arbres à encens et des baies de poivre et des globules de myrrhe; et le laser ne naîtrait pas (seulement) sur les fêrules de Cyrène : mais, sur toute la terre, dans des contrées de genre uniforme, toutes choses seraient engendrées.

Or, en produisant ces variétés dans les contrées et les lieux : l'inclinaison (de l'axe) du monde et la violence du soleil accomplissant sa course plus près ou plus loin, produit dans la terre et ses humeurs des qualités correspondantes.

Et ces distinctions existent non seulement dans ces choses, mais aussi dans les troupeaux de menu et de gros bétail :

Ceux-ci ne se seraient pas conformés si dissemblablement, si les propriétés des diverses terres n'étaient subordonnées, selon les régions, à la puissance du soleil.

Il y a en effet : En Béotie, les rivières Céphise et Mélas; en Lucanie,

Xanthus, inque agris Clazomeniorum et Erythraeorum et Laodicensium fontes;

Ad [ea] flumina : cum pecora, suo tempore anni, parantur ad conceptionem partus : per id tempus adiguntur eo cotidie potum. Ex eoque, quamvis sint alba, procreant : aliis locis, leucophaea; aliis locis, pulla; aliis, coracino colore.

34 Ita, proprietates liquoris, cum in corpus, proseminat intinctam sui cujusque generis qualitatem. Igitur, quod in campis Trojanis, proxime flumen, armenta rufa, et pecora leucophaea nascuntur, ideo id flumen Ilienses Xanthum appellavisse dicuntur.

35 Etiamque, inveniuntur aquae genera mortifera : quae, per maleficum sucum terrae percurrentia, recipiunt in se vim venenatam.

36 Uti fuisse dicitur, Terracinae, fons qui vocabatur Neptunius : ex quo qui bibebant imprudentes, vita privabantur; quapropter antiqui eum obstruxisse dicuntur.

Et, Chrobsi Thracia : lacus ex quo, non solum qui biberint moriuntur, sed etiam qui laverint.

37<sup>1</sup> Item, in Thessalia fons est pro-

le Cratis; à Troie, le Xanthe; et, sur les territoires de Clazomène et d'Érythrée et de Laodicée, des fontaines :

Lorsque les bestiaux, à une époque déterminée de l'année, se préparent à la conception de leurs petits : pendant ce temps, on les mène boire à ces cours d'eau. Et, par là, quoiqu'ils soient blancs, ils procréent : en certains lieux, des sujets gris-cendré; en d'autres lieux, bruns; en d'autres, de couleur de corbeau.

Ainsi, la propriété de l'eau, lorsqu'elle pénètre dans le corps, l'imprègne en s'insinuant d'une particularité spéciale à chacun de ses genres. Et comme, dans les plaines de Troie, au voisinage du fleuve, le gros bétail naît roux et le menu, brun : pour cette raison, dit-on, les habitants d'Ilion ont appelé ce fleuve Xanthe.

Bien plus, il se trouve des genres d'eau qui donnent la mort : Ceux-ci, passant au travers d'un suc de terre malfaisant, prennent en eux la puissance empoisonnée.

Telle a été, dit-on, à Terracine, la source qui s'appelait Neptunienne : Ceux qui en buvaient faute d'être avertis, étaient privés de vie. C'est pourquoi on dit que les anciens l'ont bouchée.

Et, à Chrobs en Thrace : un lac mortel non seulement pour ceux qui y boiraient, mais même pour ceux qui s'y baigneraient.

De même, en Thessalie, est une

1. Chap. xiv du manuscrit de Breslau.



fluens, ex quo fonte nec pecus ullum gustat, nec bestiarum genus ullum propius accedit; ad quem fontem est arbor florens purpureo colore.

38 Non minus, in Macedonia, quo loci sepultus est Euripides, dextra ac sinistra monumenti advenientes duo rivi, concurrunt in unum : E quibus, ad unum accumbentes, viatores [p]ransitare solent propter aquae bonitatem; Ad rivum autem qui est ex altera parte monumenti : nemo accedit, quod mortiferam aquam dicitur habere.

59 Item est, in Arcadia, Nonagris nominata regio quae habet in montibus, ex saxo stillantes, frigidissimos umores; haec autem aqua Στυγὸς ὕδωρ<sup>1</sup> nominatur : Quam, neque argenteum, neque aeneum, nec ferreum vas potest continere sed dissilit et dissipatur; conservare autem eam et continere nihil aliud potest, nisi mulina ungula. Quae etiam memoratur ab Antipatro in provinciam ubi erat Alexander, per Iollam filium perlata esse; et ab eo, ea aqua, regem esse necatum.

40 Item, in Alpibus, in Cottii regno est aqua, ex qua qui gustant, statim concidunt.

41 Agro autem Falisco, via Campana, in campo Corneto est lucus in quo fons oritur, ubique avium, et lacer-

source coulante : à laquelle les animaux privés ne goûtent point, et dont aucune bête n'approche. Près de cette source est un arbre donnant des fleurs de couleur pourpre.

De plus, en Macédoine, à l'endroit où a été enseveli Euripide : deux ruisseaux, arrivant à droite et à gauche du monument, se réunissent en un seul. Près de l'un d'eux, les voyageurs ont l'habitude de se reposer et, à raison de la bonté de l'eau, de prendre leurs repas : Au contraire, au ruisseau qui est de l'autre côté du monument, personne n'approche : parce qu'on dit qu'il a une eau mortelle.

De même il existe en Arcadie une contrée nommée Nonagris qui a, dans les montagnes, des eaux très fraîches suintant des rochers. Et cette eau est nommée Eau du Styx. Un vase, soit d'argent, soit d'airain, soit de fer, ne peut la contenir : mais il se brise et se désagrège; la seule chose qui puisse la conserver et contenir, est un sabot de mulet. Et l'on raconte qu'elle fut transportée par Antipater, avec l'aide de son fils Iolle, dans la province où était Alexandre; et que là, par cette eau, le roi reçut la mort.

De même, dans les Alpes, dans le royaume de Cottius, il est une eau à laquelle il suffit de goûter pour aussitôt tomber mort.

Et, sur le territoire Falisque, près de la voie Campanienne, dans la plaine de Cornetum, est un bois sacré où

1. Écrit : « styglos hydor ».

tarum reliquarumque serpentium ossa jacentia apparent.

42 Item sunt nonnullae acidae venae fontium; uti Lyncesto; et, in Italia, V[elino]<sup>1</sup>; Campania, Teano, aliisque locis pluribus;

Quae hanc habent virtutem : Uti calculos in vesicis qui nascuntur in corporibus hominum, potionibus discutiant.

43 Ficri autem hoc naturaliter ideo videtur : quod acer et acidus sucus subest in ea terra, per quam egredientes venae intinguntur acritudine; et ita, cum in corpus inierunt : dissipant quae, ex aquarum subsidentia in corporibus et concrenentia, offenderunt.

44 Quare autem discutiantur ex acidis eae res : Sic possumus animadvertere :

Ovum in aceto si diutius positum fuerit, cortex ejus molliscet et dissolvetur.

45 Item plumbum, quod est lentissimum et gravissimum, si in vase conlocatum fuerit, et in eo acetum suffusum, id autem opertum et oblitum erit : efficietur uti plumbum dissolvatur et fiat cerussa.

46 Eisdem rationibus aes, quod etiam solidiore est natura, similiter curatum si fuerit : dissipabitur, et fiet aerugo.

une source prend naissance, et où l'on voit gisants des os d'oiseaux et de lézards et de toutes sortes de serpents.

De même, il existe certaines veines acides de sources; par exemple, à Lynceste; et, en Italie, à Velinum; en Campanie, à Teanum, et en plusieurs autres lieux.

Celles-ci ont cette vertu : qu'en potions elles dissipent les calculs de vessie qui naissent dans le corps des hommes.

Or cela paraît se faire naturellement par cette raison : qu'un suc aigre et acide existe dans les profondeurs de cette terre; et qu'au moment où elles en sortent, les veines (d'eau) sont imprégnées d'acidité; et qu'ainsi, lorsqu'elles sont introduites dans le corps, elles dissipent (les matières) qui, par le sédiment des eaux et par leur concrétion dans les corps, sont nuisibles.

Or pourquoi ces choses se dissolvent par les acides, voici comment nous le pouvons concevoir :

Un œuf, s'il a été pendant quelque temps placé dans du vinaigre : sa coquille s'amollira et se dissoudra.

De même, le plomb, qui est très flexible et très lourd; s'il a été mis dans un vase, et qu'on y ait versé du vinaigre, et que ce (vase) ait été couvert et luté : il arrivera que le plomb se désagrège et devienne céruse.

D'une semblable manière, l'airain, qui est d'une nature encore plus solide : S'il a été semblablement traité,

1. Éd. Galian. Sans corr. : « Vienna ». Nom rétabli d'après Pline.



47 Item : margarita;

Non minus, saxa silicea, quae neque ferrum neque ignis potest per se dissolvere : cum ab igni sunt percalefacta, aceto sparso, dissiliunt et dissolvuntur.

48 Ergo, cum h[as] res ante oculos ita fieri videamus, ratiocinemur hisdem rationibus, ex acidis, propter acritudinem suci, etiam calculosos e natura rerum similiter posse curari.

49<sup>1</sup> Sunt etiam fontes uti vino mixti.

Quemadmodum est unus Paphlagoniae : ex quo eam aquam, sine vino potantes, fiunt temulenti.

50 Acquiculis autem in Italia; et, in Alpibus, natione Medullorum est genus aquae : quam qui bibunt, efficiuntur turgidis gutturibus.

51 Arcadia[e] vero civitas est non ignota, Clito[r], in cujus agris est, spelunca profluens, aqua : e qua qui biberint fiunt abstemii.

52 Ad eum autem fontem epigramma est in lapide inscriptum, h[a]c sententi[a] versibus graecis :

« Eam non esse idoneam ad lavandum, sed etiam inimicam vitibus : quod, apud eum fontem, Melampus sacrificiis purgavisset rabiem Proeti filiarum, restituissetque earum vir-

se dissipera et deviendra vert-de-gris.

De même, la perle.

Et aussi les roches dures, que ni le fer ne peut par lui-même désagréger : Quand elles auront été fortement chauffées par le feu, si l'on y verse du vinaigre, s'émiettent et se désagrègent.

Donc, puisque nous voyons ces choses se passer ainsi devant nos yeux : rendons-nous compte que, de même, par des (eaux) acides (et) à raison de l'âcreté de leurs suc, les hommes affectés de calculs puissent, eux aussi, être semblablement guéris d'après la nature des choses.

Il y a aussi des sources qui semblent mêlées de vin.

De ce genre, il en est une en Paphlagonie, dont il suffit de boire l'eau sans vin pour se trouver gris.

Et, à Acquiculæ en Italie; et, dans les Alpes, chez la nation des Médulles, est un genre d'eau dont la boisson rend les gosiers goitreux.

Et, en Arcadie, est une ville non sans notoriété, Clitor, sur le territoire de laquelle est une eau coulant d'une caverne : Ceux qui en boivent cessent d'aimer le vin.

Près de cette source est une inscription en vers grecs, gravée sur la pierre, et dont le sens est celui-ci :

« Que cette source est non seulement impropre aux bains, mais aussi ennemie des vignes : parce que Mélampus y a, par des sacrifices, guéri de la rage les filles de Proetus et a rétabli les

1. Chap. xvi du manuscrit de Breslau.

ginum mentes in pristinam sanitatem ».

Epigramma autem est id quod est subscriptum<sup>1</sup> :

Ἀγρότα, σὺν ποιμναῖς τὸ μεσημ  
βρινὸν ἦν σε βαρύνῃ  
δίψος ἀν' ἐσχατίας Κλείτορος  
ἐρχόμενον,

τῆς μὲν ἀπὸ κρήνης ἀρύσαι πόμα,  
καὶ παρὰ Νύμφαις

ὕδριάσι, στῆσον πᾶν τὸ σον αἰπό-  
λιον·

ἀλλὰ σὺ μὴτ' ἐπὶ λουτρὰ βάλῃς  
γρόα, μὴ σε καὶ αὔρη

πηγήνῃ θερμῆς ἐντὸς ἐόντα  
μέθης·

φεῦγε δ' ἐμήν πηγὴν μισάμπελον,  
ἔνθα Μελάμπους

λυσάμενος λύσσης Προϊτίδας ἀργα-  
λέης,

πάντα καθαρμὸν ἔκοψεν ἀπόκρυφον,  
εὔτ' ἂν ἀπ' Ἄργους

οὔρεα τρηχεΐης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

53 Item est in insula Chia fons, e quo qui imprudentes biberint, fiunt insipientes; et ibi est epigramma insculptum, ea sententia : « Jucundam esse potionem fontis ejus; sed, qui biberit, saxeos habiturum sensus ». Sunt autem versus hi :

Ἡδεῖα ψυχροῦ πόματός λιθάς, ἦν  
ἀνίησι

πηγῇ, ἀλλὰ νόω πέτρος ὁ τῆσδε  
πιών.

54 Sisis autem, in qua civitate est

esprits de ces jeunes filles dans leur santé antérieure. »

Or voici l'inscription qui est gravée :

« Homme des champs, avec tes troupeaux, si au milieu du jour t'accable La soif, lorsqu'aux confins de Clitor tu viens

Pour puiser de la boisson à cette source et près des Nymphes

Des fontaines : Arrêtes-y tout ton troupeau de chèvres;

Mais toi-même ne t'y plonge pas pour le bain : de peur qu'au souffle

Désastreux de sa [chaleur] en y entrant tu ne t'exposes.

Et fuis ma source ennemie des vignes, où Mélampus,

Pour délivrer de la rage terrible les filles de Proetus,

Accomplit toute une purification mystérieuse, lorsque venu d'Argos

Il franchit les limites de la rude Arcadie. »

De même, il existe dans l'île de Chio une source où ceux qui boivent faute d'être avertis, deviennent insensés; et là est une inscription gravée d'après ce sens : « Qu'agréable est la boisson de cette source; mais que celui qui en aura bu aura des sens de rocher ». Or les vers sont ceux-ci :

« Agréable est la boisson du frais ruisseau que fait jaillir

Cette source : mais est à âme de pierre celui qui en a bu. »

Et à Suse, dans la contrée où est le

1. Ces vers, ainsi que ceux des deux § suivants, nous sont parvenus très mutilés et écrits en caractères moitié grecs, moitié latins. Nous les reproduisons tels que les donne l'édition Schneider.

regnum Persarum, fonticulus est, ex quo qui biberint amittunt dentes. Item in eo est scriptum epigramma, quod significat hanc sententiam : « Egregiam esse aquam ad lavandum; sed ea[m], si bibatur, excutere e radicibus dentes ».

Et ejus epigrammatos sunt versus graece :

Ἵδατα κρανάεντα βλέπεις, ξένε,  
τῶν ἀπὸ χειρῶν  
λουτρὰ μὲν ἀνθρώποις ἀβλαβῆ  
ἔστιν ἔχειν.  
ἦν δὲ βάλης κοίλης ποτὶ νηδύος  
ἀγλαὸν ὕδωρ,  
ἄκρα μόνον δολιχοῦ χεῖλεος ἀψά-  
μενος,  
αὐτῆμαρ πριστῆρες ἐπὶ χθονὶ δαιτὸς  
ὀδόντες  
πίπτουσι, γενύων ὀρφανὰ θέντες  
ἔδη.

55<sup>1</sup> Sunt etiam nonnullis locis, fontium proprietates quae procreant qui ibi nascuntur, egregiis vocibus ad cantandum : uti Tarso, Magnesiae, aliis ejusmodi regionibus.

56 Etiamque, Zama est civitas Afrorum, cujus moenia rex Juba duplici muro sepsit, ibique regiam domum sibi constituit.

Ab ea milia passus XX, est oppidum Ismuc, cujus agrorum regiones incredibili fini[tae] sunt terminatione :

Cum esset enim Africa parens et nutrix ferarum bestiarum, maxime serpentium : in ejus agris oppidi nulla

royaume des Perses, est une petite source où ceux qui ont bu perdent les dents. De même à cette (source) est gravée une inscription, qui exprime cette pensée : « Que l'eau en est excellente pour le bain ; mais que, si l'on en boit, elle le fait tomber les dents à partir des racines. »

Et, en grec, les vers de cette inscription sont ceux-ci :

« Tu vois, étranger, des eaux après où, quant aux mains,

Le lavage peut être inoffensif aux hommes :

Mais si tu verses dans le creux de tes entrailles cette eau limpide,

En eusses-tu seulement de ta lèvre allongée effleuré la surface,

Le jour même, en grinçant, sur le sol du festin tes dents

Tomberont, laissant orphelins les sièges de tes mâchoires. »

Il y a aussi, en quelques lieux, des propriétés de sources qui procréent à belles voix ceux qui y naissent : par exemple à Tarse, à Magnésie, et dans d'autres contrées de même sorte.

Et aussi Zama est une cité des Africains, dont le roi Juba a ceint le périmètre d'une double muraille, et là il s'est constitué une royale demeure :

A une distance de vingt mille pas est la place d'Ismuc, dont le territoire est borné par un incroyable (caractère de) délimitation :

En effet, tandis que l'Afrique est la mère et la nourricière des bêtes féroces et particulièrement des serpents : dans

1. Chap. xviii du manuscrit de Breslau.

nascitur; et, si quando adlata ibi pronatur, statim moritur.

Neque id solum; sed etiam, terra ex his locis si alio translata fuerit : et ibi.

57 Id genus terrae etiam Balearibus dicitur esse : Sed aliam mirabiliorem virtutem ea habet terra; quam ego sic accepi :

58 Gaius Julius, Masinissae filius, cujus erant totius oppidi agrorum possessiones, cum patre Caesare militavit.

59 Is hospitio meo est usus :

60 Ita, cotidiano convictu, necesse fuerat de philologia disputare. Interim, cum esset inter nos de aquae potestate et ejus virtutibus sermo, exposuit esse in ea terra ejusmodi fontes, ut, qui ibi procrearentur, voces ad cantandum egregias haberent; ideoque, semper transmarinos cat[u]lastros emere formosos et puellas maturas, eosque conjungere : ut qui nascerentur ex his, non solum voce egregia, sed etiam forma essent non invenusta.

61 Cum haec tanta varietas sit distributa rebus natura[e] distributa :

Quod humanum corpus est ex aliqua parte terrenum; in eo autem multa genera sunt umorum, uti sanguinis, lactis, sudoris, urinae, lacrimarum;

le territoire de cette place, aucune (de ces bêtes) ne naît; et si par hasard quelqu'une y est apportée et déposée, aussitôt elle meurt.

Et ce n'est pas tout : mais même la terre provenant de ces lieux, lorsqu'elle a été transportée ailleurs, là aussi (les bêtes féroces meurent).

Ce genre de terre existe aussi, dit-on, aux Baléares : mais (là) cette terre a une vertu plus merveilleuse (encore), que j'ai apprise ainsi :

Gaius Julius, fils de Masinissa, à qui étaient les possessions du territoire d'une place forte tout entière, servit dans l'armée pour César (ton) père.

Il usa de mon hospitalité :

Ainsi, dans un commerce journalier, il avait été nécessaire de causer du sens des mots. Entre temps, comme la conversation était entre nous sur la puissance de l'eau et ses vertus, il exposa qu'il y avait dans cette terre, des sources telles, que ceux qui étaient engendrés là eussent, pour chanter, des voix excellentes; et que, pour cette raison, toujours on achète de l'autre côté de la mer de beaux jeunes hommes et des jeunes filles nubiles, et on les unit, pour que ceux qui naîtront d'eux fussent non seulement d'une voix excellente, mais aussi d'une figure non inélégante.

Puisque cette si grande variété est distribuée entre les choses diverses de la nature :

Comme le corps humain est, pour une certaine part, de terre; mais qu'en lui il y a de nombreuses espèces d'humeurs, comme (celles) du sang

ergo si, in parva particula terreni tanta discrepantia invenitur saporum : Non est mirandum si, ta[nta] in magnitudine terrae, innumerabiles suorum reperientur varietates, per quarum venas [a]quae vis percurrens, tincta pervenit ad fontium egressus; et ita, ex eo, dispaes variique perficiuntur in propriis generibus fontes, propter locorum discrepantiam, et regionum qualitates, terrarumque dissimiles proprietates.

62 Ex his autem rebus sunt : nonnulla quae ego per me perspexi; cetera, in libris graecis scripta inveni, quorum scriptorum hi sunt auctores :

63 Theophrastus, Timaeus, Posidonius, Hegesias, Herodotus, Aristides, Metrodorus : qui, magna vigilantia et infinito studio, locorum proprietates, aquarum virtutes ab inclinatione caeli, regionum[que] qualitates<sup>1</sup> ita distributas, scriptis dedicaverunt.

64 Quorum secutus ingressus, in hoc libro perscripsi quae satis esse putavi de aquae varietatibus, quo facilius ex his praescriptionibus eligant homines aquae fontes [e] quibus, ad usum, salientes possint ad civitates municipiaque perducere.

65<sup>a</sup> Nulla enim, ex omnibus rebus,

du lait, de la sueur, de l'urine, des larmes; donc si, dans une petite parcelle de terre (qui le constitue), se trouve une telle diversité de saveurs, il ne faut pas s'étonner si, dans l'énorme grandeur de la terre, se rencontrent d'innombrables variétés de sucs, par les filons desquels la force de l'eau circulant arrive imprégnée aux issues des sources. Et ainsi, par là, les sources sont constituées dans leurs genres propres, suivant la diversité des lieux, et les caractères spéciaux des contrées, et les propriétés dissemblables des terres.

Or, parmi ces choses, il en est plusieurs que j'ai constatées par moi-même; les autres, je les ai trouvées écrites dans les livres grecs, desquels écrits les auteurs sont ceux-ci :

Théophraste, Timée, Posidonius, Hégésias, Hérodote, Aristide, Métrodore : qui, avec un grand soin et un zèle infini, ont consacré dans leurs écrits cette distribution des propriétés des lieux et des vertus des eaux d'après l'inclinaison (de l'axe) du monde et les particularités d'orientations.

En suivant leurs traces, dans ce livre j'ai achevé d'écrire ce que j'ai cru suffisant au sujet des variétés des eaux, afin que les hommes choisissent sans difficulté d'après ces prescriptions les sources d'eaux d'où ils puissent, pour l'usage, établir vers les cités et les municipes les conduites des fontaines jaillissantes.

En effet, parmi toutes les choses,

1. Éd. Rose. Les manuscrits portent : « ab inclinatione caelique regionum qualitates ».

2. Chap. xix du manuscrit de Breslau.



tantas habere videtur ad usum necessitates, quantas aqua. Ideo :

66 Quod omnium animalium natura, si frumenti fructu privata fuerit arbustive, aut carne, aut piscatu, aut etiam qualibet ex his : reliquis rebus escarum utendo, poterit tueri vitam ; Sine aqua vero : nec corpus animalium, nec ulla cibi virtus potest nasci, nec tueri, nec parari. Quare magna diligentia industriae quaerendi sunt et eligendi fontes ad humanae vitae salubritatem.

aucune ne paraît être, pour l'usage, d'une nécessité égale à celle de l'eau. Et cela, par cette raison :

Que la nature de tous les êtres vivants, lorsqu'elle est privée du fruit du blé ou du verger, ou de la chair, ou du poisson, ou d'une quelconque des choses de ce (genre) : usant des autres choses alimentaires, elle pourra soutenir sa vie ; Sans eau au contraire : ni le corps des êtres vivants, ni aucune sorte d'alimentation ne peut naître ni se sustenter ni être préparée. C'est pourquoi il faut avec une extrême diligence et industrie rechercher et choisir les sources en vue de la salubrité de la vie humaine.

[IV]

## [DE AQUARUM EXPERIMENTIS]

1 Expertiones autem et probationes eorum, sic sunt providendae.

2 Si erunt profluentes et aperti :

Antequam duci incipiantur, Aspiciantur animoque advertantur qua membratura sint qui circa eos fontes habitant homines ;

Et, si erunt corporibus valentibus, coloribus nitidis, cruribus non vitiosis, non lippis oculis : Erunt probatissimi.

3 Item, si fons novus fossus fuerit,

Et, in vas corinthium, sive alterius generis quod erit ex aere bono, ea aqua sparsa maculam non fecerit : Optima est.

Itemque :

4 In aeneo, si ea aqua defervefacta et postea requieta et defusa fuerit; neque in ejus aenei fundo harena aut limus invenietur : Ea aqua erit item probata.

Item :

5 Si legumina, in vas cum ea aqua coniecta, ad ignem posita, celeriter percocta fuerint : Indicabunt aquam esse bonam et salubrem.

Non etiam minus :

6 Ipsa aqua quae erit in fonte si fuerit

[IV]

## [DES ÉPREUVES DES EAUX]

Quant aux essais et épreuves de ces (sources), voici comment il faut y pourvoir :

Si elles sont coulantes et (à ciel) ouvert :

Avant qu'on n'entreprenne de les conduire : Que l'on observe et qu'on examine avec attention de quelle membrure sont les hommes qui habitent au voisinage de ces sources.

Et, s'ils sont à corps robustes, à couleurs franches, à yeux non chassieux : (Les sources) seront très acceptables.

De même, si une source nouvelle a été révélée par les fouilles :

Et si, jetée dans un vase de Corinthe ou d'autre sorte qui sera de bon airain, cette eau ne fait point de tache : Elle sera très bonne.

Et de même :

Si cette eau a été bouillie dans un vase d'airain, et ensuite reposée et décantée; et qu'il ne se trouve au fond de ce vase d'airain ni sable ni limon : Cette eau sera également acceptée.

De même :

Des légumes, mis dans un vase avec cette eau : Si, placés près du feu, ils ont été rapidement bien cuits, ils indiqueront que cette eau est bonne et salubre.

Et, de plus :

L'eau même qui sera dans la source :



limpida et perlucida; quoque perverit aut profluxerit, muscus non nascetur, neque juncu[s]; neque inquinatus ab aliquo inquinamento is locus fuerit, sed puram habuerit speciem; In[n]uitur his signis esse tenuis et in summa salubritate.

Si elle est limpide et très transparente, et que, partout où elle arrive ou s'écoule, la mousse ne naisse point, ni le jonc; et que ce lieu (où elle coule) ne soit souillé d'aucune souillure : Il est dénoté par ces signes qu'elle est légère et en très haute salubrité.

[V]

[DE LIBRATIONIBUS AQUARUM  
ET INSTRUMENTIS AD HUNC USUM]

- <sup>1</sup> Nunc, de perductionibus ad habitationes moeniaque, ut fieri oporteat, explicabo. Cujus ratio est prima,
- <sup>2</sup> Perlibratio.  
Libratur autem Dio[p]tris,  
Aut Libris aquariis,  
Aut Chorobate : Sed diligentius efficitur per chorobaten, quod dio[p]trae libraeque fallunt.
- <sup>3</sup> Chorobates autem est :  
Regula longa circiter pedum viginti.  
Ea habet :
- <sup>4</sup> Ancones in capitibus extremis, aequali modo perfectos, inque regulae capitibus ad normam coagmentatos ;  
  
Et, inter regulam et ancones :
- <sup>5</sup> A cardinibus compacta Transversaria, quae habent lineas ad perpendiculum recte descriptas ;
- <sup>6</sup> Pendentiaque ex regula :  
Perpendicularia : in singulis partibus singula.  
Quae, cum regula est conlocata, eaque tangen[t] aequae ac pariter lineas descriptionis, indicant libratam conlocationem.

[V]

[DES NIVELLEMENTS DES EAUX,  
ET DES INSTRUMENTS A CET USAGE]<sup>1</sup>

Maintenant, au sujet des conduites vers les habitations et les villes, j'expliquerai comment elles doivent être faites ; à commencer par :

Le nivellement.

Or on nivelle à l'aide de Dioptrés,

Ou de Balances nivelantes,

Ou du Chorobate : mais il est préférable d'opérer au moyen du chorobate, car les dioptrés et les balances (nivelantes) prêtent à erreur.

Or le Chorobate est :

Une règle longue d'environ vingt pieds. Elle a :

A ses extrémités : Des bras ; exactement ajustés à mesure égale, et assemblés à l'équerre dans les têtes de la règle ;

Et (dans l'intervalle), entre la règle et les bras :

Assemblées à tenons : Des traverses, qui ont des traits correctement tracés au fil à plomb ;

Et, pendant de la règle :

Des fils à plomb, un de chaque côté :

Ceux-ci, lorsque la règle est mise en place et qu'ils toucheront également et pareillement les traits du tracé, indiquent que la mise en place est à niveau.

1. Voir tome I, p. 252.

7 Sin autem ventus interpellaverit et, motionibus, lineae non poterint certam significationem facere; tunc,

Habeat in superiore parte,

8 Canalem :

Longum pedes V; latum, digitum; altum, sesquidigitum :

Eoque aqua infundatur. Et :

Si aequaliter, aqua, canalis summa labra tangat : Sciatur esse libra[tum].

It[em],

9 Eo chorobate cum perlibratum ita fuerit : sciatur quantum habuerit fastigii.

10 Fortasse, qui Archimedis libros legit, dicet : Non posse fieri veram ex aqua librationem; quod ei placet, aquam non esse libratam, sed sphaeroides habere schema, [et] ibi habere centrum, quo loci habet orbis terrarum :

Hoc autem — sive plana est aqua seu sphaeroides, necesse est :

11 Extrema capita dextra ac sinistra, cum librata regula erit, pariter sustinere regulam aquam ;

Sin autem proclinatorum erit ex una parte : qu[a] erit altior, non habuerit regulae canal[is]<sup>1</sup> in summis labris aquam.

12 Necesse est enim, quocumque aqua

Mais si le vent est une cause de gêne, et qu'à raison de ses agitations les fils ne puissent pas donner une indication précise ; alors :

Que la règle ait, à sa face supérieure,

Une rigole :

Longue de cinq pieds; large d'un doigt; profonde d'un doigt et demi ;

Et que de l'eau y soit versée. Et :

Si, uniformément, l'eau affleure à ras des rebords de rigole : on saura qu'il y a égalité de niveau.

De plus,

Lorsqu'à l'aide de ce chorobate, l'opération du nivellement aura été ainsi faite, on saura combien il y a de pente.

Peut-être quelqu'un qui a lu les livres d'Archimède dira-t-il qu'un nivellement vrai ne peut être obtenu au moyen de l'eau ; parce que, d'après (Archimède), l'eau n'est pas nivelée, mais a une figure sphérique et a son centre à l'endroit où le globe des terres a le sien.

Or — que l'eau soit plane ou bien sphérique — ceci du moins est nécessaire :

Que, lorsque la règle sera à niveau par ses extrémités à droite et à gauche, cette règle maintienne à égalité l'eau (de la rigole).

Lorsqu'au contraire il y aura inclinaison en un sens : là où la rigole de la règle sera plus élevée, elle ne pourra avoir l'eau à ras de ses rebords.

En effet, de quelque manière que

1. Sans corr. : « quae erit altior non habuerit regulae canalem ».

sit infusa : in medio, inflationem curvaturamque habere; sed capita, dextra ac sinistra, inter se librata esse.

15 Exemplar autem chorobat[ae] erit in extremo volumine descriptum.

14 Et, si erit fastigium magnum, facilius erit decursus aquae;

15 Sin autem intervalla erunt lacunosa : Substructionibus erit succurrendum.

se comporte l'eau (qui y est) versée : s'il est nécessaire qu'elle ait dans la partie moyenne un bombement et une courbure, du moins (il est nécessaire) qu'à droite et à gauche les extrémités soient à niveau l'une avec l'autre.

D'ailleurs une représentation du chorobate sera tracée à la fin du volume.

Et plus la pente est grande, plus l'écoulement de l'eau sera facile;

D'ailleurs, s'il existe des passages ravinés, il faudra recourir à des substructions.

[VI]

## [DE DUCTIONIBUS AQUARUM]

1 Ductus autem aquae, fiunt generibus tribus :

Rivis, per canales structiles ;

Aut fistulis plumbeis ;

Seu tubulis fictilibus.

Quorum hae sunt rationes :

2 Si Canalibus :

Ut structura fiat quam solidissima ;

3 Solumque rivi : Libramenta habeat fastigata ne minus, in centenos pedes, [sicilico<sup>2</sup>];

4 Eaeque structurae conformicentur : ut minime sol aquam tangat.

5 Cumque venerit ad moenia, Efficiatur Castellum ;

6 Et, castello conjunctum, ad recipiendam aquam : triplex Inmissarium.

7 Conlocenturque in castello tres fistulae aequaliter divisae, intra receptacula conjuncta uti :

8 Cum abundaverit, ab extremis in medium receptaculum redundet.

Ita :

[VI]

[DES CONDUITES D'EAUX]<sup>1</sup>

Quant aux conduites d'eaux, elles se font de trois manières :

Par rigoles, au moyen de cunettes de maçonnerie ;

Ou par tuyaux de plomb ;

Ou bien par tubes de poterie.

Leurs dispositions sont celles-ci :

Si par Cunettes :

Que la maçonnerie soit faite le plus solide possible ;

Et que le fond de la cunette ait des nivellements inclinés d'au moins [un quart de pouce]<sup>2</sup> pour cent pieds ;

Et que ces maçonneries soient voûtées, de telle sorte que le soleil atteigne le moins possible l'eau.

Et, lorsqu'on sera arrivé à la ville : Soit fait un réservoir ;

Et, conjoint au réservoir, pour servir de réceptacle à l'eau : un triple bassin de distribution.

Et soient installés dans le réservoir trois tuyaux à graduations uniformes, en communication avec l'intérieur des réservoirs ; (lesquels seront) tellement conjoints,

Que, lorsqu'il y aura trop-plein dans ceux des rives, il y ait déversement dans le réceptacle intermédiaire.

Qu'ainsi :

1. Voir tome I, p. 255.

2. Éd. Rose. Sans corr. : « ne minus in centenos pedes semipede ». Voir tome I, p. 255.



9 In medio : ponentur fistulae in omnes lacus et salientes;

10 Ex altero : In balneas vectigal quotannis populo praestent;

11 Ex quibus tertio : In domos privatas, ne desit in publico.

Non enim poter[un]t avertere : cum habuerint, a capitibus, proprias ductiones.

12 Hac[c] autem quare divisa constituerim, eae sunt causae :

Uti, qui privatim ducent in domos, vectigalibus tueantur per publicanos, aquarum ductus.

15 Sin autem medii montes erunt inter moenia et caput fontis, Sic erit faciendum, uti :

Specus fodiantur sub terra; librenturque ad fastigium quod supra scriptum est; et.

14 Si tofus erit aut saxum :  
In suo sibi, canalis excidatur;

15 Sin autem terrenum erit solum :  
Parietes<sup>1</sup>, cum camara in specu suvantur; et ita perducatur.

16 Puteique ita sint facti : ut inter duos sit actus<sup>2</sup>.

17 Sin autem fistulis plumbeis ducantur :

Dans le (réceptacle) du milieu, soient placés des tuyaux pour toutes les pièces d'eau et jets d'eau;

Que, du deuxième, (des tuyaux dirigés) vers les bains fournissent annuellement au peuple leur tribut;

Et, du troisième, vers les habitations privées, pour que (l'eau) ne fasse pas défaut aux particuliers.

En effet, on ne pourra point faire de détournements, puisqu'il y aura, à l'issue des sources, des conduites spécialisées.

Or, en prescrivant cette division, voici mes raisons :

(C'est) pour que les aqueducs qui, dans un intérêt privé, conduiront l'eau aux maisons, soient soumis à redevances par (les soins) des agents du fisc.

Si au contraire des monts se trouvent intermédiaires entre la ville et la tête de la source; Il faudra faire de telle sorte, que :

Des galeries soient creusées sous terre, et nivelées à l'inclinaison qui a été ci-dessus écrite; et,

Si (le sol) est du tuf ou du roc :

Que la cunette soit taillée à même;

Si au contraire le sol est terreux :

Que des parois avec voûte soient maçonnées dans la galerie; et qu'ainsi se fasse la traversée;

Et que des puits (de forage) soient faits de telle sorte que l'intervalle entre deux (puits) soit de cent vingt pieds<sup>2</sup>.

Si maintenant on conduit à l'aide de tuyaux de plomb :

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « solum et parietes ».

2. Probablement il conviendrait de lire : « ut inter duos [bini] si[n]t actus ».

- Primum :
- 18 Castellum ad caput struatur;
- Deinde :
- 19 Ad copia[m a]quae, lumen fistularum constituatur;
- 20 Eaeque fistulae, [ab eo]<sup>1</sup> castello conlocentur ad castellum quod erit in moenibus.
- 21 Fistulae :
- Ne minus longae pedum denum fundantur. Quae,
- 22 Si centenariae erunt :
- Pondus habeant, in singulas, pondo MCC;
- Si octogenariae :
- Pondo DCCCCLX;
- Si quinquagenariae :
- Pondo DC;
- Quadrigenariae :
- Pondo CCCCLXXX;
- Tricenariae :
- Pondo CCCLX;
- Vicenariae :
- Pondo CCXL;
- Quinum denum :
- Pondo CLXXX;
- Denum :
- Pondo CXX;
- Octonum :
- Pondo C;
- Quinariae :
- Pondo LX.
- 23 E latitudine autem lamnarum — quo[t] digitos habuerint antequam in rotundationem flectantur — magnitudinum ita nomina concipiunt fistulae. Namque :

- D'abord :
- Qu'à la source un château (d'eau) soit maçonné ;
- Ensuite :
- Qu'à proportion de la quantité d'eau soit déterminé le vide des tuyaux ;
- Et que ces tuyaux soient posés (partant) de ce château (pour aboutir) à un château qui sera dans la ville.
- Les tuyaux :
- Qu'ils ne soient pas fondus longs de moins de dix pieds. Et,
- S'ils sont « de cent » :
- Qu'ils aient individuellement en poids 1200 (livres) ;
- Si « de quatre-vingts » :
- En poids, 960 ;
- Si « de cinquante » :
- En poids, 600 ;
- « De quarante » :
- En poids, 480 ;
- « De trente » :
- En poids, 360 ;
- « De vingt » :
- En poids, 240 ;
- « De quinze » :
- En poids, 180 ;
- « De dix » :
- En poids, 120 ;
- « De huit » :
- En poids, 100 ;
- « De cinq » :
- En poids, 60.
- En effet, c'est d'après la largeur des lames — (c'est-à-dire d'après) les nombres de doigts qu'elles avaient avant d'être fléchies en rondeur — que les tuyaux reçoivent ainsi leurs dési-

1. Éd. Schneid. Mots omis par les copistes.



24 Quae lamina fuerit digitorum quinquaginta :

Cum fistula perficietur ex ea lamina, vocabitur Quinquagenaria;

Similiterque : reliqua.

25 Ea autem ductio, quae per fistulas plumbeas est futura, hanc habebit expeditionem :

Quod si caput habeat libramenta ad moenia; montesque medii non fuerint, altiores ut possint interpellare; sed intervalla :

Necesse est substruere ad libramenta — quemadmodum in rivis et canalibus;

26 Sin autem non longa erit circumitio :

Circumductionibus.

27 Sin autem valles erunt perpetuae :

In declinato loco : Cursus dirigentur.

Cum venerint ad imum :

tertio, siderum spatia pervagando; pervenit eo, ex quo, initium faciendo, cursum fecerat ante. Et, in quibus signis celerius percurrit; cum stationem fecit, explet dierum numeri rationem.

24 Jovis autem :

Placidioribus gradibus scandens contra mundi versationem, circiter CCCLX diebus singula signa permittitur, et consistit post ann[os] XI et dies CC[C]XIII<sup>1</sup>, et redit in id signum in quo, ante XII annos fuerat.

25 Saturni vero :

Mensibus undetriginta et amplius paucis diebus pervadens per signi spatium : anno nono et vicesimo et circiter diebus CLX, in quo ante tricesimo fuerat anno, in id restituitur; ex eoque quo minus ab extremo distat mundo, tanto majorem circinationem rotae percurrendo, tardior videtur esse.

26 Ei autem qui [circa]<sup>2</sup> solis iter circuitiones peragunt :

Maxime cum in trigono fuerint quod [i]s inierit, tum non progrediuntur; sed, regressus facientes : morantur, d[omi]cum<sup>3</sup> idem sol, de eo trigono in aliud signum transitionem fecerit.

27 Id autem, nonnullis, sic fieri placet :

1. Éd. Rose. Sans corr. : « CC. XXIII ».
2. Sans corr. : « supra ».
3. Éd. Schneid. Sans corr. : « denique cum ».

tre-vingt trois jours les espaces des signes, elle revient au point d'où elle avait fait son départ dans sa course antérieure. Et dans les signes qu'elle parcourt plus vite, après avoir fait station, elle établit la moyenne du nombre des jours.

Quant à celle de Jupiter :

Marchant à pas plus calmes à l'opposite de la rotation du ciel, il décrit environ en 360 jours chacun des signes, et s'arrête après 11 ans et [3]13 jours, et revient dans le signe dans lequel il avait été 12 ans auparavant.

Et celle de Saturne :

Franchissant, en vingt-neuf mois et peu de jours en plus, l'espace d'un signe : à la vingt-neuvième année et environ 160 jours, elle revient dans le signe où elle avait été trente ans auparavant; et, par la raison qu'elle est moins éloignée de l'extrémité du monde, parcourant un plus grand périmètre de roue, elle paraît être plus lente.

Quant à celles qui accomplissent leurs circuits au voisinage de la route du soleil<sup>2</sup> :

Spécialement lorsqu'elles sont dans le trigone dans lequel il est entré : alors elles ne marchent plus en avant; mais elles s'arrêtent faisant des rebroussements, jusqu'à ce qu'à son tour le soleil ait accompli son passage dans un autre signe.

Or, selon quelques-uns, cela se pro

quod aiunt solem, cum longius absit abstantia quadam, non lucidis itineribus, errantia per ea[m] sidera obscurationis morationibus impediri.

28 Nobis vero non videtur :

Solis enim splendor, perspicibilis et patens sine ullis obscurationibus est per omnem mundum : ut etiam nobis appareant cum faci[u]nt, hae stellae, regressus et morationes.

Ergo si, tantis intervallis, nostra species potest id animadvertere : quid ita, divinitatibus splendoribusque astrorum, judicamus obscuritat[is] obici posse ?

Ergo potius ea ratio, nobis, constabit quod :

29 Fervor, quemadmodum omnes res evocat et ad se ducit, ut etiam fructus e terra surgentes in altitudinem per calorem videmus, non minus aquae vapores a fontibus ad nubes per arcus excitari :

Eadem ratione, solis impetus vehemens, [r]adiis trigoni forma porrectis, insequentes stellas ad se perducit; [et], ant[e] currentes<sup>1</sup>, veluti refrinando retinendoque, non patitur progredi : sed ad se regredi, [nec]<sup>2</sup> in alterius trigoni sign[o] esse.

duit parce que, disent-ils, le soleil, dès qu'il est éloigné au delà d'un certain intervalle, les chemins n'étant plus éclairés, les planètes qui errent dans cet intervalle sont entravées par les obstacles de l'obscurité.

Pour nous, il ne paraît point en être ainsi.

En effet, la splendeur du soleil est perceptible et ouverte sans nulles ténèbres dans l'univers entier : à ce point que, même pour nous, ces planètes sont visibles lorsqu'elles font leurs rebroussements et arrêts.

Donc si, à de telles distances, notre vue peut faire cette constatation, comment, pour les divinités et les splendeurs des astres, peut-on ainsi arguer de ténèbres ?

Donc, pour nous, la raison consistera plutôt en ceci :

De même que l'ardeur attire toutes choses et les amène à elle ; de même que nous voyons, du fait de la chaleur, les fruits surgir en sortant de la terre, et de plus les vapeurs de l'eau s'élever vers les nues par les arcs(-en-ciel) :

De la même manière, l'effort véhément du soleil, par des rayons dardés dans le champ d'un triangle à côtés égaux, attire à lui les astres qui marchent à sa suite ; et, refrénant et retenant (ces astres) qui couraient de l'avant, il ne leur permet pas de poursuivre leur marche, mais (les force) à rétrograder vers lui et à ne pas être dans un signe d'un trigone autre (que le sien).

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « perducit tantae currentes ».

2. Sans corr. : « regredi in alterius trigoni signum esse ».



50 Fortasse desiderabitur : Quid ita sol, quinto a se signo, potius quam secundo aut tertio — quae sunt prop[er]iora — facit in his fervoribus retentiones?

Ergo, quemadmodum id fieri videatur, exponam :

51 Ejus radii in mundo<sup>8</sup>, uti trigoni paribus laterib[us] formae, lineationibus extenduntur; Id autem, nec plus nec minus est ad quint[um] ab eo sign[um] :

52 Igitur si radii, per omnem mundum fusi, circinationibus vagarentur; neque, extentionibus porrecti, ad trigoni formam linearentur prop[er]iora flagrant.

55 Id autem etiam Euripides, Graecorum poeta, animadvertisse videtur. Ait enim : Quae longius a sole essent, haec vehementius ardere; propiora vero, eum temperate habere. Itaque scribit in fabula Phaetonte sic : « καίτοι τὰ πόρρω, τὰ γγύθεν δ' εὐκρατ' ἔγει. »

Si ergo res, et ratio, et testimonium poetae veteris id ostendit : non puto aliter judicari, nisi quemadmodum de ea re supra scriptum habemus.

54 Jovis autem :

Peut-être se demandera-t-on pourquoi le soleil produit ainsi par ses ardeurs ces rappels à partir du cinquième signe à compter de lui, plutôt qu'à partir du deuxième ou du troisième qui sont plus proches?

Donc j'exposerai comment cela paraît se faire :

Ses rayons, dans le monde, s'étendent par (faisceaux de) lignes, comme des figures de triangle à côtés égaux; et cela n'a lieu ni plus ni moins que jusqu'au cinquième signe à compter de lui.

En effet si ses rayons, diffusés dans le monde entier, erraient en cercle au lieu d'être dardés par allongement et groupés en (faisceau de) lignes selon la figure d'un triangle : les objets les plus proches brûleraient.

Or c'est précisément ce qu'Euripide, poète des Grecs, paraît avoir remarqué. Car il dit : que les objets qui se trouvent plus éloignés du soleil sont ceux qui s'échauffent le plus violemment; qu'au contraire ceux qui en sont plus proches en éprouvent modérément les effets : ce qu'il exprime ainsi dans le drame de Phaéton : « Il brûle ce qui est loin; ce qui est près, il le chauffe modérément ».

Donc, puisque le fait, et la raison, et le témoignage du poète antique le démontre, je n'estime pas qu'il y ait lieu de statuer sur cette question autrement que nous ne l'avons ci-dessus écrit.

Quant à la (planète) de Jupiter :

8. Éd. Rose. Sans corr. : « uti trigoni paribus lateribusque... ad quintam ab eo signo ».

Inter Martis et Saturni circinationem currens : majorem quam Mars, minorem quam Saturnus pervolat cursum.

55 Item reliquae stellae : Quo majore absunt spatio ab extremo caelo proximamque habent terrae circinationem, celerius [peragere] videntur; quod quaecumque earum, minorem circinationem peragens, saepius subiens praeterit superiorem :

56 Quemadmodum si, in rota qua figuli utuntur, inpositae fuerint septem formicae; canalesque totidem in rota facti sint, circum centrum in imo, ad crescentes ad extremum, in quibus hae cogantur circinationem facere; verseturque rota in alteram partem : Necessesse erit eas, contra rotae versationem, nihilominus adversus itinera perficere; et quae proximum centrum habuerit, celerius pervagari; quaeque extremum orbem rotae peragat, etiamsi aequae celeriter ambulet : propter magnitudinem circinationis, multo tardius perficere cursum :

Similiter astra :

37 Nitentia contra mundi cursum, suis itineribus perficiunt circuitum; sed, caeli versatione, redundantibus referuntur cotidiana temporis circumlatione.

Courant entre le circuit de Mars et celui de Saturne : elle accomplit dans son vol un trajet plus grand que Mars, moindre que Saturne.

De même les autres planètes : Plus elles sont éloignées des limites du ciel et plus elles décrivent un cercle rapproché de la terre, plus elles semblent le parcourir rapidement : parce que chacune d'elles, parcourant un moindre circuit, venant plus souvent en conjonction avec celle qui est au-dessus, la dépasse.

De même que si, sur la roue dont les potiers font usage, sept fourmis avaient été placées; et que dans cette roue aient été faites, autour du pivot qui lui sert de pied, sept rigoles croissant progressivement vers la rive, dans lesquelles ces (fourmis) soient forcées d'accomplir un trajet circulaire; et que la roue tourne au rebours. Il arrivera nécessairement que, malgré la rotation (à rebours) de la roue, elles feront néanmoins du chemin en sens inverse; et que (ce chemin), celle qui sera le plus voisine du centre le parcourra plus rapidement; et que celle qui doit faire son trajet vers les limites du disque de la roue, à raison de la grandeur du circuit, accomplira sa course en beaucoup plus de temps.

De même les planètes :

C'est par un effort au rebours du mouvement du monde que, dans leurs trajets, elles accomplissent leur parcours circulaire; mais, à cause de la rotation du ciel, elles sont reportées en arrière par reflux de temps dans leur révolution journalière.

58 Esse autem alias stellas temperatas, alias ferventes, etiamque frigiditas : haec esse causa videtur, quod :

Omnis ignis, in superiora loca habet scandentem flammam.

39 Ergo sol, aethera qui est supra se radiis exurens, efficit candentem in quibus locis habet cursum Martis stella : Itaque, fervens ab ardore solis efficitur.

40 Saturni autem, quod est proxima extremo mundo et tangit congelatas caeli regiones : vehementer est frigida.

41 Ex eo, Jovis. Cum inter utriusque circuitiones habe[at] cursum : a refrigeratione caloreque e[ar]um medio, convenientes temperatissimosque habere videtur effectus.

42<sup>1</sup> De zona XII signorum, et septem astrorum contrario opere ac cursu, quibus rationibus et numeris trans[e]ant e signis in signa, et circuitum eorum : uti a praeceptoribus accepi, exposui. Nunc : De crescenti lumine lunae deminutioneque, uti traditum est nobis a majoribus, dicam.

1. Chap. XII du manuscrit de Breslau.

Or, qu'il y ait des planètes les unes à température modérée, d'autres brûlantes, et même de froides, la cause paraît en être que :

Tout feu a une flamme montant vers les régions plus hautes.

Ainsi le soleil, brûlant de ses rayons l'éther qui est au-dessus de lui, le rend incandescent dans les régions où la planète de Mars a son cours : aussi est-elle rendue brûlante par les rayons du soleil.

Quant à celle de Saturne : Parce qu'elle est très proche de la limite du monde et confine aux champs congelés du ciel : elle est violemment froide.

D'après cela, celle de Jupiter. Comme elle a son cours entre les circuits des deux précédentes : par une moyenne entre leurs réfrigérations et leurs chaleurs, elle paraît éprouver des effets convenables et très tempérés.

Au sujet de la zone des 12 signes et de la marche à rebours des sept planètes, j'ai exposé ainsi que je l'ai appris de mes maîtres d'après quels rapports et nombres elles passent de signes en signes, et le trajet (de chacune) d'elles. Maintenant, je parlerai de la lumière croissante et du décours de la lune, d'après ce qui nous a été transmis par les anciens.

[II]

(DE LUNAE LUMINE CRESCENTI  
ET DEMINATIONE)

1 Berosius qui, ab Chaldaeorum civitate sive natione progressus, in Asiam etiam disciplinam Chaldaicam patefecit, ita est professus :

Pilam esse, ex dimidia parte candentem; reliqua, habere caeruleo colore;

Cum autem, cursum itineris sui peragens, subiret sub orbem solis, tunc eam radiis et impetu caloris corripit: convertique, candentem propter ejus proprietatem luminis, ad lumen; Cum autem, [e]vocata, ad solis orb[em] superiora spectent, tunc inferiorem partem ejus — quod candens non sit — propter aëris similitudinem, obscuram videri :

2 Cum ad perpendicularum esset ad ejus radios: totum lumen ad superiorem speciem retineri; et tunc eam vocari primam;

Cum, praeteriens, vadat ad orientis caeli partes; relaxari ab impetu solis, extremamque ejus partem candentiae oppido quamquam tenui linea ad terram mittere splendorem. Et ita, ex eo, eam secundam vocari; cotidiana autem conversationis remissione: tertiam, quartam, in dies numerari.

[II]

(DE LA LUMIÈRE CROISSANTE  
DE LA LUNE ET DE SON DÉCOURS)

Bérose qui, issu de la cité ou de la nation des Chaldéens, a divulgué dans l'Asie la science chaldéenne elle-même, a enseigné comme il suit :

Que (la lune) est une boule brillante sur une de ses moitiés, et dont le resté est de couleur azurée.

Et que, lorsque, accomplissant le cours de son trajet, elle vient en conjonction sous le disque du soleil: alors elle est saisie par ses rayons et la violence de sa chaleur, et se tourne, à raison de la propriété ardente de sa lumière, vers la lumière; et que, tandis que ces (parties) supérieures, attirées, regardent vers le disque du soleil: alors la partie inférieure — qui n'est point brillante — à raison de sa ressemblance (de couleur) avec l'air, paraît obscure;

Que, tant qu'elle est à l'aplomb des rayons du (soleil), toute sa lumière est retenue vers sa face supérieure, et qu'alors on l'appelle Première;

Que, lorsque, continuant sa marche, elle se dirige vers les régions de l'orient du ciel: elle est moins dominée par la violence du soleil, et le rebord extrême de sa partie brillante, en ligne tout à fait mince, émet vers la terre son éclat; et, à cet état, d'après cela elle s'appelle Deuxième

5 Septimo die, sol [cum] sit ad occidentem, luna autem inter orientem et occidentem medias caeli teneat regiones, quod dimidia parte caeli spatium dist[et] a sole, item dimidia[m] candentiae conversam habere ad terram;

4 Inter solem vero et lunam cum distet totum mundi spatium et, lun[a] orient[e], sol cum trans [s]it ad occidentem : eam, quo longius a[b]sit, a radiis remissam, XIII die, plena rota, totius orbis mittere splendorem;

5 Reliquosque dies, decrescentia cotidiana ad perfectionem lunaris mensis, versationibus et cursu, a sole revocation[es] subire sub rotam radiosque ejus : et i[ta], menstruas dierum efficere rationes.

6 Uti autem Aristarchus, Samius mathematicus, vigore magno, rationes varietatis, disciplinis de eadem reliquit, exponam.

7 Non enim latet Lunam suum propriumque [non] habere lumen : sed esse uti speculum, et ab solis impetu recipere splendorem.

puis, dans sa révolution, s'affranchissant de jour en jour (elle s'appelle) Troisième, Quatrième, suivant le nombre des jours.

Qu'au septième jour, alors que le soleil est à l'occident tandis que la lune, entre l'orient et l'occident, occupe les régions moyennes du ciel : comme l'espace qui la sépare du soleil est d'une moitié du ciel, de même elle présente tournée vers la terre une moitié de sa partie brillante.

Qu'ensuite, lorsque la distance qui la sépare du soleil est l'espace entier du monde et qu'au lever de la lune le soleil est, de l'autre côté, à l'occident : alors, affranchie de ses rayons à proportion de son éloignement, au 14<sup>e</sup> jour, à plein disque, elle émet la splendeur de tout son globe.

Et que, les jours suivants, par un décours journalier jusqu'à l'entier accomplissement du mois lunaire, dans ses révolutions et son trajet (revenant) sous le disque et les rayons du soleil, elle cède à ses rappels ; et qu'ainsi elle achève le cours mensuel des jours.

Maintenant, comment Aristarque, mathématicien de Samos, avec une grande vigueur a laissé par ses enseignements, au sujet de cette même (lune), l'explication de la variété : je vais l'exposer.

Or on n'ignore pas que la lune n'a point de lumière sienne et qui lui soit propre, mais qu'elle est comme un miroir, et que c'est du rayonnement



8 Namque luna, de septem astris circum proximum terrae, in cursibus minimum pervagatur. Ita :

Quot mensibus, sub rotam solis radiosque uno die antequam praeterit, latens obscuratur :

Cum est cum sole, nova vocatur.

9 Postero autem die, quo numeratur secunda, praeteriens a sole, visitationem facit tenuem extremae rotundationis;

Cum triduum recessit ab sole, crescit et plus inluminatur.

10 Cotidie vero discedens, cum pervenit ad diem septimum, distans a sole occidente circiter medias caeli regiones : dimidia lucet, et ejus quae ad solem pars spectat, ea est inluminata.

11 Quarto autem decimo die cum, in diametro, spatio totius mundi absit a sole : perficitur plena, et oritur cum sol sit ad occidentem; ideo quod totum spatium mundi distans consistit contra et, impetu solis, totius orbis in se recipit splendorem.

12 Septimo decimo die, cum sol oriatur, ea pressa est ad occidentem;

13 Vicesimo et altero die, cum sol est exortus, luna tenet circiter caeli medias regiones; et, id quod spectat ad

du soleil qu'elle reçoit sa splendeur.

En effet, parmi les sept planètes, la lune est celle qui dans ses trajets, parcourt le cercle le plus rapproché de la terre et (par suite) le plus petit. Ainsi :

A chaque mois, cachée sous le disque et les rayons du soleil, un jour avant son passage, elle est invisible;

Lorsqu'elle est avec le soleil, elle s'appelle Nouvelle.

Puis, le jour suivant, où elle est désignée par le chiffre Seconde, dépassant le soleil, elle fait une apparition mince du rebord de sa rondeur;

Lorsque pendant trois jours elle s'est éloignée du soleil, elle croît et s'illumine davantage.

Et, s'écartant de jour en jour, lorsqu'elle est arrivée au septième jour : distante du soleil d'environ une moitié des régions du ciel, sa moitié luit; et c'est sa partie qui regarde le soleil, qui est illuminée.

Et, au quatorzième jour, lorsqu'en diamètre elle est éloignée par rapport au soleil de tout l'espace du monde : elle est totalement pleine, et se lève quand le soleil est à l'occident; par cette raison que, tout l'espace du monde s'interposant, elle se tient en regard, et que, par le rayonnement du soleil, elle reçoit en elle la splendeur du disque entier.

Au dix-septième jour, lorsque le soleil se lève, elle est aplatie du côté de l'occident;

Au vingt et unième jour, lorsque le soleil est levé, la lune occupe à peu près les régions moyennes du ciel

solem, id habet lucidum : reliqu[a],  
obscura.

14 Item, cotidie cursum faciendo, circiter octavo et vicesimo die subit sub radios solis : et ita menstruas perficit rationes.

15 Nunc, ut in singulis mensibus sol, signa pervadens, auget et minuit dierum et horarum spatia, dicam.

et, ce qui regarde vers le soleil, elle l'a brillant; le reste, obscur.

De sorte que, faisant chaque jour sa révolution, environ au vingt-huitième jour elle revient en conjonction sous les rayons du soleil : et ainsi elle achève le cours mensuel des jours.

Maintenant, je dirai comment le soleil, parcourant en chacun des mois chacun des signes, augmente et diminue les durées des jours et des heures.



[III]

(QUEMADMODUM SOL, SIGNA  
PERVADENS, AUGEAT ET MINUAT  
DIERUM ET HORARUM SPATIA)

- 1 Namque cum sol Arietis signum  
iniit, et partem octavam pervagatur :  
perficit aequinoctium vernalis.
- 2 Cum progreditur ad caudam Tauri  
sidusque Vergiliarum, e quibus eminet  
dimidia pars prior Tauri : in majus  
spatium mundi quam dimidium pro-  
currit, procedens ad septentrionalem  
partem.
- 3 E Tauro cum ingreditur in Geminos,  
ex orientibus Vergiliis : magis crescit  
supra terram, et auget spatia dierum.
- 4 Deinde, [e] Geminis cum init in  
Cancrum, qu[o long]issimum<sup>1</sup> tenet  
caeli spatium; cum pervenit in partem  
octavam, perficit solstitiale tempus.  
Et, peragens, perveni[t] ad caput et  
pectus Leonis, quod eae partes Cancro  
sunt attributae.
- 5 E pectore autem Leonis et finibus  
Cancri : solis exitus, percurrens reli-  
quas partes Leonis, inminuit diei  
magnitudinem et circinationis, redit-

[III]

(COMMENT LE SOLEIL, PARCOURANT  
LES SIGNES,  
AUGMENTE ET DIMINUE LES DURÉES  
DES JOURS ET DES HEURES)

Car, lorsque le soleil est entré dans  
le signe du Bélier et qu'il en traverse  
le huitième degré : il accomplit l'équi-  
noxe du printemps.

Lorsqu'il s'avance vers la queue du  
Taureau et la constellation des Pléiades,  
d'où part la moitié antérieure du  
Taureau, il effectue sa course suivant  
un espace du monde plus grand que la  
moitié en se rapprochant de la région  
septentrionale.

Du Taureau lorsqu'il entre dans les  
Gémeaux, à l'époque où les Pléiades se  
lèvent (avec lui) : sa course au-dessus  
de la terre se développe davantage, et  
augmente les durées des jours.

Ensuite lorsque, des Gémeaux il  
entre dans le Cancer, (époque) où il  
embrasse le plus [grand] espace du  
ciel : lorsqu'il est arrivé au huitième  
degré (du signe), il accomplit le temps  
solsticial; et, continuant, il parvient à  
la tête et à la poitrine du Lion : car  
ces parties (du Lion) sont attribuées  
au Cancer.

Et, après sa sortie de la poitrine du  
Lion et des limites du Cancer, parcou-  
rant les parties restantes du Lion, il  
diminue la grandeur du jour et de

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « qui brevissimum ».

- que in Geminorum aequalem cursum.
- 6 Tunc vero, a Leone transiens in Virginem, progrediensque ad sinum vestis ejus; contrahit circinationem, et aequat ad eam quam Taurus habet cursus rationem.
- 7 E Virgine autem, progrediens per sinum, qui sinus Librae partes habet primas : in Librae parte VIII, perficit aequinoctium autumnale; qui cursus aequat eam circinationem quae fuerat in Arietis signo.
- 8 Scorpionem autem cum sol ingressus fuerit, occidentibus Vergiliis : minuit, progrediens meridianas partes, longitudes dierum.
- 9 E Scorpione cum, percurrendo, init in Sagittarium ad femina ejus : contractiorem diurnum pervolat cursum.
- 10 Cum autem incipit a feminibus Sagittarii, quae pars est attributa Capricorno : ad partem octavam, brevissimum caeli percurrit spatium. Ex eo, a brevitate diurna, bruma ac dies brumales appellantur.
- 11 E Capricorno autem transiliens in Aquarium : adauget, e[t] aequat Sagittarii longitudine, diei spatium.
- 12 Ab Aquario cum ingressus est in Pisces, favonio flante : Scorpionis comparat aequalem cursum.

l'arc (de sa course), et revient à une marche égale à celle (qu'il avait) dans le (signe) des Gémeaux

Et alors, du Lion passant dans la Vierge et s'avancant vers le pli de son vêtement : il resserre l'arc et le ramène à la mesure qu'il a (dans le) Taureau.

Et, de la Vierge, s'avancant à travers le pli (du vêtement), lequel pli occupe les premiers degrés de la Balance : dans le 8<sup>e</sup> degré de la Balance il accomplit l'équinoxe d'automne; laquelle course égale l'arc qui avait été dans le signe du Bélier.

Et lorsque le soleil est entré dans le Scorpion, à l'époque où les Pléiades se couchent (à son lever) : en se rapprochant de la région méridionale, il diminue les longueurs des jours.

Du Scorpion lorsque, continuant à marcher, il entre dans le Sagittaire à l'endroit de ses jambes, il accomplit dans son vol une course diurne plus resserrée.

Et, lorsqu'il part des jambes du Sagittaire, laquelle partie du Sagittaire est attribuée au Capricorne : (arrivé) au huitième degré (du signe), il décrit l'arc du ciel le plus bref. D'où, à brièveté du jour, on dit la « bruma » et les « jours brumaux ».

Et du Capricorne passant dans le Verseau : il augmente la durée du jour et l'égalise en longueur (avec celle) du Sagittaire.

Du Verseau lorsqu'il est entré dans les Poissons, à l'époque où souffle le Favonius, il acquiert une course égale à celle du Scorpion.

Ita sol, ea signa circum pervagando, certis temporibus auget aut minuit dierum et horarum spatia.

13<sup>1</sup> Nunc, de ceteris sideribus quae sunt, dextra ac sinistra zonae signorum, meridiana septentrionalique parte mundi, stellis disposita figurataque, dicam.

Ainsi le soleil, parcourant ces signes au pourtour, à époques déterminées augmente ou diminue les durées des jours et des heures.

Maintenant, je parlerai des autres astres qui, à droite et à gauche de la zone des signes, dans la région méridionale et dans la septentrionale, sont disposés et figurés en constellations.

1. Chap. xiv du manuscrit de Breslau.

[IV]

(DE SIDERIBUS, INTER ZONAM  
SIGNORUM ET SEPTENTRIONEM)

1 Namque Septentrio quem Graeci nominant ἄρκτον sive ἑλίκη, habet :

Post se conlocatum : Custodem.

Ab eo non longe, conformata est Virgo.

Cujus supra umerum dextrum, lucidissima stella nititur : quam nostri Provi[ndemiatorem], Graeci προτρογγιτήν<sup>1</sup> vocant ;

Candens autem magis Sp[ica]<sup>2</sup>, ejus est.

Conlocata autem alia contra est stella, media genuum Custodis Arcti : Qui Arcturus dicitur, est ibi dedicatus.

2 E regione capitis Septentrionis, transversus, ad pedes Geminorum Auriga stat.

In summo [dextro] cornu Tauri, itemque in summo cornu laevo [sun]t Auriga[e] pedes<sup>3</sup>. U[traque] tenet parte stella[s] ; et appellantur : Aurigae manu[i], Haedi ; Capra, laevo umero.

5 Tauri quidem et Arietis insuper :

Perseus : dexterior[i] su[p]ercurrens

[IV]

(DES CONSTELLATIONS  
SITUÉES ENTRE LA ZONE DES SIGNES  
ET LE SEPTENTRION)

Or la (constellation) Septentrio que les Grecs nomment Ourse ou Spirale, a :

Placé derrière elle : le Gardien.

Non loin de lui est formée la Vierge :

Au-dessus de l'épaule droite de la (Vierge) brille une étoile très lumineuse, que les nôtres appellent Provi-ndemiator ; les Grecs, προτρογγιτής ;

Et, plus brillant encore, l'Épi fait partie d'elle.

De même en regard (de l'Épi), une autre étoile est placée entre les genoux du Gardien de l'Ourse. Là est consacré celui qui s'appelle Arcturus.

Transversalement, par rapport à une ligne qui part de la tête du Septentrio et aboutit aux pieds des Gémeaux, se dresse le Cocher.

Au sommet de la corne [droite] et au sommet de la corne gauche du Taureau, sont les pieds du Cocher. De part et d'autre il tient des étoiles. Et confinent à la main du Cocher, les Chevreux ; la Chèvre, à son épaule gauche.

Au-dessus (des constellations) du Taureau et du Bélier :

Persée : courant du pied droit au-

1. Écrit « propygethon ».

2. Éd. Rose. Sans corr. : « species ».

3. Sans corr. : « et Auriga pedes una tenet parte stellam ».

bas[i] Vergilias; a sinisteriori<sup>1</sup>, caput Arietis; et.

Manu dextra : innitens Cassiopeae simulacro;

Laeva : supra Aurigam tenen[s] Gorgoneum ad summum caput, subiciensque Andromedae pedibus.

4 Item, Pisces supra :

Andromed[a; et Equi venter; et]<sup>2</sup> Equi quae sunt supra spinam; cujus ventris lucidissima stella finit ventrem Equi et caput Andromedae.

Manus Andromedae dextra, supra Cassiopeae simulacrum est constituta; laeva, [supra] aquilonalem Piscem.

5 Item, Aquarii supra :

Equi cap[ut est]<sup>3</sup>. Equi ungulae attingunt [Cassiopeae] genua<sup>4</sup>;

[Aquarii] media est dedicata Capricorn[o].

Supra, in altitudinem : Aquila et Delphinus;

Secundum eos, est Sagitta;

Ab ea autem : Volucris, cujus penna dextra Cephei manum attingit et sceptrum; laeva, supra Cassiopeae innititur.

Sub Avis cauda, pedes Equi sunt subjecti.

dessus des Pléiades; du pied gauche, au-dessus de la tête du Bélier; et :

Appuyé de la main droite sur l'image de Cassiopée;

De la gauche, au-dessus du Cocher, tenant par le sommet la tête de la Gorgone, et la déposant aux pieds d'Andromède.

De plus, au-dessus des Poissons :

Andromède; et le ventre du Cheval et les choses qui sont au-dessus de l'épine du Cheval; et celui-ci a à son ventre une très brillante étoile, qui délimite le ventre du Cheval et la tête d'Andromède.

La main droite d'Andromède est établie au-dessus de l'image de Cassiopée; sa gauche, au-dessus du Poisson de l'aquilon.

De plus, au-dessus (de la constellation) du Verseau :

Est la tête du Cheval. Les sabots du Cheval touchent aux genoux de [Cassiopée];

La partie moyenne du [Verseau] est sous la dénomination du Capricorne.

Au-dessus, vers le haut : l'Aigle et le Dauphin.

Après eux, vient la Flèche.

Au delà d'elle, l'Oiseau : dont l'aile droite atteint la main et le sceptre de Céphée; la gauche s'appuie sur Cassiopée.

Sous la queue de l'Oiseau, sont situés les pieds du Cheval.

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « dexterioribus subter currens basem Vergilias a sinisterioris ».

2. Sans corr. : « supra Andromedam et ejus ventris et equi quae sunt... »

3. Éd. Schneid. Sans corr. : « capitis ».

4. Les manuscrits portent : « Equi ungulae attingunt Aquarii genua; Cassiopeae media... ». Les positions relatives du Verseau et de Cassiopée donnent à penser que leurs noms ont été intervertis.

6 Inde — Sagittarii, Scorpionis, Librae insuper :

Serpens summo rostro Coronam tangit.

Ad e[am] : medi[am] Ophiuchos in manibus tenet Serpentem, laevo pede calcans mediam frontem Scorpionis;

7 [Ad dextram]<sup>1</sup> partem Ophiuci capitatis, non longe positum est caput ejus qui dicitur N[ix]us in genibus : Autem, eorum faciliores sunt capitum vertices ad cognoscendum, quod non obscuris stellis sunt conformati.

Pes Ingeniculati, ad id fulcitur capitatis tempus Serpentis, [cui] Arct[arum] [sunt] — qu[ae] Septentriones dicuntur — implicat[ae].

Parvus per e[as] flectitur Delphinus.

Contra Volucris rostrum, est proposita Lyra.

Inter umeros Custodis et Ingeniculati, Coron[a] est or[di]nata.

8<sup>2</sup> In septentrionali vero circulo :

Duae positae sunt Arctoe, scapularum dorsis inter se compositae et pectoribus aversae, e quibus minor Κυνόσουρα, major Ἐλίκη, a Graecis appellatur. Earumque capita, inter se dispicientia sunt constituta; caudae capitibus earum adversae, contra dispicientia figurantur : utrorumque enim, superando, eminent in summo.

Ensuite, au-dessus (des constellations) du Sagittaire, du Scorpion, de la Balance :

Un Serpent touche de l'extrémité de sa gueule la Couronne.

Près de la (Couronne) : le Serpenteaire tient par le milieu le Serpent dans ses mains, foulant du pied gauche le milieu du front du Scorpion.

Du côté droit de la tête du Serpenteaire, non loin est placée la tête de celui qui est dit Appuyé sur les genoux : mais de ces (deux) têtes, les sommets sont le plus faciles à reconnaître, parce qu'ils sont conformés d'étoiles non obscures.

Le pied de l'Agenouillé s'appuie contre la tempe de cet (autre) Serpent auquel sont enlacées les Ourses qui s'appellent Septentrions.

A travers [celles-ci] s'infléchit le petit Dauphin.

En regard du bec de l'Oiseau est présentée la Lyre.

Entre les épaules du Gardien et de l'Agenouillé est rangée la Couronne.

Dans le cercle septentrional :

Les deux Ourses sont placées, groupées entre elles dos à dos et les poitrines en sens contraires : La plus petite des deux est appelée par les Grecs Cynosure ; et la plus grande, Spirale. Et leurs têtes sont disposées se regardant l'une l'autre ; les queues, chevauchant avec les têtes, sont figurées en face de ces (têtes) qui se regardent, et dépassent de part et d'autre en se prolongeant par le haut.

1. Éd. Schneid. : Mots omis.

2. Chap. xv du manuscrit de Breslau.



Per caudas e[arum] esse dicitur item Serpens exporrecta, eaque stella quae dicitur P[ol]lus, elucet.

9 Circum caput Majoris : [Serpentis]<sup>1</sup>.

Namque, qua est proxima Dracōnem, circum caput ejus involvitur; una vero, circum Cynosurae caput injecta est flexu, porrectaque proxime ejus pedes. Haec autem, intorta replicataque se attollens : reflectitur a capite Minoris ad Majorem, circa rostrum et capitis tempus dextrum.

Item, supra caudam Minoris, pedes sunt Cephei;

Ibique, ad summum cacumen, facientes stellae sunt trigonum paribus lateribus insuper Arietis signum.

Septentrionis autem Minoris et Cassiopeae simulacri, complures sunt stellae confusae.

10 Quae sunt ad dextram Orientis, inter zonam signorum et Septentrionem sidera in caelo disposita, dixi. Nunc explicabo quae, ad sinistram Orientis meridianisque partibus ab natura sunt disposita.

1. Sans corr. : « septentrionis ».

Le long de leurs queues est, dit-on, un serpent déployé, et brille cette étoile qui est dite le Pôle.

Autour de la tête de la Grande (Ourse : la constellation) du Serpent.

Or ce (serpent), à l'endroit où il est le plus rapproché du Dragon, s'enroule autour de sa tête; et en même temps il est lancé par flexion autour de la tête de la Cynosure et se prolonge jusqu'au voisinage de ses pieds. Puis, tordu et replié, se redressant, il revient de la tête de la Petite (Ourse) à la Grande (Ourse), dont il enveloppe le museau et la tempe droite.

De plus, au-dessus de la queue de la Petite (Ourse), sont les pieds de Céphée;

Et là, tout au sommet, sont des étoiles faisant un triangle à côtés égaux par-dessus le signe du Bélier.

D'ailleurs plusieurs étoiles sont communes à la Petite (Ourse) et à l'image de Cassiopée.

J'ai décrit les constellations qui sont disposées dans le ciel à la droite du (soleil) levant entre la zone des signes et le septentrion; maintenant j'exposerai celles qui ont été disposées par la nature à la gauche du soleil levant et dans les régions méridionales.



[V]

(DE SIDERIBUS INTER ZONAM  
SIGNORUM ET MERIDIEM)

1 Primum, sub Capricorno subjectus :  
Piscis austrinus, caudam prospiciens  
Ce[t]i.

Ab eo ad Sagittarium, locus est  
inanis.

Turibulum : sud Scorpionis aculeo.

Centauri priores partes, proximae  
sunt Librae et Scorpioni :

Ten[e]t in manibus simulacrum id,  
quod Bestiam astrorum periti nomina-  
verunt.

2 Ad Virginem et Leonem et Can-  
crum :

Anguis porrigens, agmen stellarum  
intortus succingit, regione Canceri eri-  
gens [r]ostrum ad Leonem; medioque  
corpore sustinens Craterem; ad ma-  
numque Virginis caudam subiciens in  
qua est Corvus.

Quae sunt autem supra scapulas,  
peraeque sunt lucentia.

Ad Anguis inferius ventris, sub  
caudam, subjectus est Centaurus.

3 Juxta Craterem et Leonem, navis  
est quae nominatur Argo :

[V]

(DES CONSTELLATIONS  
SITUÉES ENTRE LA ZONE DES SIGNES  
ET LE MIDI)

D'abord, au-dessous du Capricorne,  
est situé le Poisson austral, regardant  
la queue de la Baleine.

A partir de lui jusqu'au Sagittaire,  
est un espace vide.

L'Encensoir : sous l'aiguillon du  
Scorpion.

Les membres antérieurs du Cen-  
taure, sont très voisins de la Lyre et  
du Scorpion ;

Il tient dans ses mains cette image  
que les astronomes ont appelée la  
Bête.

Au voisinage de la Vierge et du Lion  
et du Cancer :

Un serpent s'élançant enlace dans  
ses replis un groupe d'étoiles; dans la  
région du Cancer il lève sa gueule vers  
le Lion; par le milieu de son corps il  
soutient la Coupe; il prolonge jus-  
qu'au-dessous de la main de la Vierge  
sa queue, dans laquelle est le Cor-  
beau.

Et les (étoiles) qui sont au-dessus  
de ses épaules sont uniformément  
brillantes.

Vers le dessous du ventre du Ser-  
pent, au-dessous de sa queue, est placé  
le Centaure.

Confinant à la Coupe et au Lion, est  
le vaisseau qui s'appelle Argo :

Cujus prora obscuratur; sed malus et quae sunt circa gubernacula, eminentia videntur; ipsaque navicula et puppis, per summam caudam Cani jungitur.

Geminos autem, Minuscul[u]s canis sequitur contra Anguis caput; Major autem sequitur Minorem.

4 Orion vero :

Transversus est subjectus, pressus ungula [T]auri<sup>1</sup>; manu laeva tenens clavam; alteram, ad Geminos tollens;

[A]pu[d]<sup>2</sup> ejus vero basim, Canis parvo intervallo insequens leporem.

5 Arieti et Piscibus, Cetus est subjectus :

A cujus crista, ordinate utrisque Piscibus disposita, est tenuis fusio stellarum, quae grace vocitantur Ἄρπεδόναι<sup>3</sup>;

Magnoque intervallo introrsus, pressus nodus Serpen[t]um attingit summam Ceti cristam.

6 [Eridani<sup>4</sup>], per speciem stellarum, flumen profluit : initium fontis capiens a laevo pede Orionis.

Quae vero ab Aquario fundi memoratur aqua, profluit inter Piscis austrini caput et caudam Ceti.

7 Quae figurata conformataque sunt siderum in mundo simulacra, natura divinaque mente designata, ut Demo-

La proue en est effacée; mais le mât et les parties qui sont au voisinage du gouvernail paraissent se détacher; et le canot lui-même ainsi que la poupe vont rejoindre le Chien par le bout de la queue.

Et un très petit chien suit les gémeaux en regard de la tête du Serpent : le gros (chien) suit le petit.

Quant à Orion :

Il est situé en travers au-dessous du Taureau et pressé sous son pied. Il tient de la main gauche une massue, et lève l'autre vers les Gémeaux.

Et, à ses pieds, est un chien poursuivant à courte distance un lièvre.

Sous le Bélier et les Poissons, est placée la Baleine.

De sa crête (part) un mince semis d'étoiles, disposées en files vers l'un et l'autre des Poissons, et que les Grecs appellent Harpedonae.

Et, dans son intérieur, à une grande distance (des autres étoiles), un nœud serré de serpents, atteint le sommet de la crête de la Baleine.

Le fleuve de l'Éridan, sous la figure d'étoiles, coule prenant l'origine de sa source au pied gauche d'Orion.

Quant à l'eau qu'on dit être répandue par le Verseau, elle coule entre la tête du Poisson austral et la queue de la Baleine.

Les images de constellations qui ont été figurées et conformées dans le monde, tracées par la Nature et par

1. Éd. Philand. Sans corr. : « Centauri ».

2. Éd. Philand. Sans corr. : « caput ».

3. Écrit « Harmedonae ».

4. Éd. Schneid. Sans corr. : « esse fuit ».

crito physico placuit, exposui : sed tantum ea, quorum ortus et occasus possumus animadvertere et oculis contueri. Namque :

8 Uti Septentriones, circum axis cardinem versant[es], non occidunt neque sub terram subeunt; sic : circa meridianum cardinem, qui est, propter inclinationem mundi, subjectus terrae; sidera versabunda latentiaque non habent egressus orient[is] supra terram. Itaque eorumfigurationes, propter obstantiam terrae, non sunt notae :

9 Hujus autem rei index est stella Canopi. Quae, his regionibus, est ignota; renuntiant autem negotiatores, qui ad extremas Aegypti regiones proximasque finibus terrae terminationes fuerunt.

l'intelligence divine, je les ai décrites d'après le physicien Démocrite : mais seulement celles dont nous pouvons observer et contempler de nos yeux le lever et le coucher. En effet :

De même que les Septentrions, tournant autour du gond de l'axe (du monde), ne se couchent pas et ne passent pas au-dessous de la terre; de même, autour du gond méridional qui est, à raison de l'inclinaison du monde, situé au-dessous de la terre : des astres qui tournent et sont cachés, n'ont pas en se levant une émergence au-dessus de la terre. Aussi, à raison de l'obstacle de la terre, leurs configurations ne nous sont point connues :

L'étoile de Canope est un indice de ce fait. Elle est inconnue dans nos contrées; mais elle est signalée par les commerçants qui ont été jusqu'aux extrêmes régions de l'Égypte et à des limites voisines des frontières de la terre.

[VI]

(DE ASTROLOGIA AD DIVINATIONES  
GENETHLIACAS ET TEMPESTATUM  
TRANSLATA)

1<sup>1</sup> De mundi circa terram pervolitantia, duodecimque signorum, et, septentrionali meridianaque parte, siderum dispositione, ut sit perspect[a], docui : namque, ex ea mundi versatione, et contrario solis per signa cursu, gnomonumque aequinoctialibus umbris, analemmatorum inveniuntur descriptiones.

2 Cetera ex astrologia : quos effectus habeant signa XII, stellae V, sol, luna, ad humanae vitae rationem : Chaldaeorum ratiocinationibus est concedendum; quod propria est eorum, genethliologiae ratio, uti possint ante facta et futura ex ratiocinationibus astrorum explicare.

Eorum autem inventiones reliquerunt, inque sollertia acuminibusque fuerunt magnis, qui ab ipsa natione Chaldaeorum profluxerunt :

3 Primusque, Berosius in insula et civitate Coos consedit, ibique aperuit disciplinam.

1. Chap. xvii du manuscrit de Breslau.

[VI]

(DE LA SCIENCE DES ASTRES  
APPLIQUÉE AUX DIVINATIONS  
DES DESTINÉES ET DU TEMPS)

De ce qui vole autour de la terre, et de la disposition des constellations des douze signes, et de celles (situées) dans les régions du septentrion et du midi : j'en ai traité de façon qu'elle soit en lumière; car c'est d'après cette rotation du monde et la marche inverse du soleil à travers les signes, et d'après les ombres équinoxiales des gnomons, que s'obtiennent les tracés d'analemmes.

Pour les autres choses du (ressort) de la connaissance des astres : pour les effets que les 12 signes, les 5 planètes, le soleil, la lune ont sur la condition de la vie humaine : nous en sommes redevables aux méditations des Chaldéens; car c'est à eux qu'appartient en propre la divination par les naissances, qui leur permet de dévoiler, d'après des considérations d'astres, les choses passées et les choses à venir.

Or ceux qui sont issus de leur nation même en ont légué les découvertes et furent de grande habileté et perspicacité.

Et, le premier, dans l'île et la cité de Cos, Bérosee s'établit; et là il révéla leur doctrine.

4 Postea studens : Antipater; iterumque, Archinapolus : qui etiam, non e nascentia, sed ex conceptione, genealogiae rationes explicatas reliquit.

5 De naturalibus autem rebus : Thales Milesius, Anaxagoras [Claz]omenius, Pythagoras Samius, [X]enophanes Colophonius, Democritus Abderites, rationes quibus e rebus natura rerum gubernar[e]tur, quemadmodumcumque effectus habeat, excogitat[a]s reliquerunt.

6 Quorum inventa secuti, Siderum [ortus] et occasus, tempestatumque significatus : Eudoxus, Euctemon, Callistus, Me[t]o, Philippus, Hipparchus, Aratus ceterique, ex astrologia, parapegmatorum disciplin[i]s invenerunt, et eas posteris explicatas reliquerunt.

7 Quorum scientiae sunt hominibus suspiciendae; quod tanta cura fuerunt : ut etiam videantur, divina mente, tempestatum significatus post futuros, ante pronuntiare.

Quas ob res, haec eorum curis studiisque sunt concedenda.

Puis, s'appliquant à cette étude : Antipater; et ensuite Archinapolus : qui de plus a légué en l'expliquant une théorie de la divination par les naissances, (fondée) non sur la naissance (même), mais sur la conception.

A leur tour, dans le (domaine des) choses naturelles : Thales de Milet, Anaxagore de Clazomène, Pythagore de Samos, Xénophane de Colophon, Démocrite d'Abdère ont reconnu et légué les lois d'après lesquelles la nature est gouvernée, de quelque manière que se produisent ses effets.

Partant de leurs découvertes, Eudoxe, Euctémon, Calliste, Méton, Philippe, Hipparque, Aratus et autres ont, d'après la connaissance des astres et les informations de tables astronomiques, imaginé et légué à la postérité les annonces du lever et du coucher des astres, et celles des tempêtes.

Leur savoir est digne de l'admiration des hommes; car leur zèle a été si grand qu'ils semblent même, par une inspiration divine, annoncer d'avance des présages de tempêtes à venir.

Telles sont les choses dont nous sommes redevables à leur zèle et à leurs recherches.

[VII]

(DOCETUR ANALEMMATOS  
DEFORMATIO)

1 Nobis autem, ab his, separandae sunt rationes et explicandae menstruae dierum brevitates itemque de palationes.

2 Namque sol, aequinoctiali tempore, Ariete Libraque versando :

Quas e gnomone partes hab[e]t novem : eas umbrae facit VIII in declinatione caeli quae est Romae ;

3 Itemque, Athenis : Quam magnae sunt gnomonis partes quattuor, umbrae sunt tres :

Ad VII, Rhodo : V ;

Ad XI, Tarenti : IX ;

Ad quinque, [Alexandriae<sup>5</sup>] : tres ;

Ceterisque omnibus locis, aliae alio modo, umbrae gnomonum aequinoctiales a natura rerum inveniuntur disparatae.

Itaque :

4 In quibuscumque locis horologia erunt describenda : in eo loci sumenda est aequinoctialis umbra ; et,

Si erunt, quemadmodum Romae,

[VII]

(OU L'ON ENSEIGNE LE TRACÉ  
DE L'ANALEMME)<sup>1</sup>

Mais, pour nous, il faut laisser de côté ces considérations, et traiter des brièvetés mensuelles des jours et de leurs déterminations.

Or à l'époque équinoxiale, lorsque le soleil se meut dans le Bélier et la Balance ;

Si le gnomon a neuf parties : sous l'inclinaison du ciel qui est celle de Rome, (le soleil) fait d'ombre 8 parties ;

De même, à Athènes : Aussi grandes sont quatre parties du gnomon : aussi grandes sont, (au nombre de) trois, celles d'ombre.

Pour 7 (du gnomon on a), à Rhode : 5 (d'ombre) ;

Pour 11, à Tarente : 9 ;

Pour cinq, à [Alexandrie] : trois.

Et pour tous les autres lieux, on trouve que, les unes d'une mesure, les autres d'une autre : les ombres équinoxiales des gnomons ont été, par la nature, constituées différentes.

C'est pourquoi :

Quels que soient les lieux où des horloges doivent être tracées : en ce lieu doit être prise l'ombre équinoxiale ; et,

S'il y a — comme à Rome — neuf

1. Voir tome I, p. 264; pl. 75, fig. 1.

2. Chap. xviii du manuscrit de Breslau.

3. Éd. Schneid. Nom omis, rétabli d'après Strabon.

gnomonis partes novem; umbrae, octonae :

5 Describatur [linea]<sup>1</sup> in planitia;  
Et, e media, πρὸς ὀρθάς erigatur, ut sit ad normam : quae dicitur Gnomon.

6 Et, a linea quae erit planities : in linea gnomonis, circini novem spatia dimetiantur;

Et, quo loco nonae partis signum fuerit : Centrum constituatur, ubi erit littera A ;

7 Et, deducto circino ab eo centro a[d] linea[m] planitia[e], ubi erit littera B : Circinatio circuli describatur, quae dicitur Meridiana.

Deinde :

8 Ex novem partibus quae sunt [a] planitia ad gnomonis centrum, VIII sumantur; et signentur, in linea quae est in planitia, ubi erit littera C : Haec erit gnomonis aequinoctialis umbra.

9 Et, ab eo signo et littera C : Per centrum ubi est littera A, linea perducatur, ubi erit solis aequinoctialis radius.

Tunc :

10 A centro diducto circino ad lineam planitiae : Aquilatatio signetur; ubi erit : littera E sinisteriori parte, et I [dex]teriore<sup>2</sup> in extremis lineae circinationis; et, per centrum, perdu-

parties de gnomon, huit d'ombre :

Soit tracée une ligne de terre;

Et, de son milieu, soit élevée une normale, c'est-à-dire (une ligne) qui soit à l'équerre, et qui est appelée Gnomon.

Et que, partant de ce qui sera la ligne de terre, on porte sur la ligne du gnomon neuf ouvertures de compas;

Et qu'à l'endroit où se trouvera la marque de la neuvième (de ces) parties, on établisse un centre, où sera la lettre A ;

Et, le compas étant ouvert de ce centre jusqu'à la ligne de terre où sera la lettre B : que l'on décrive une circonférence de cercle qui est appelée Méridienne.

Ensuite :

Sur les neuf parties qui sont depuis la (ligne de) terre jusqu'à (ce) centre du gnomon : que 8 soient prises; et qu'on les marque sur ce qui est la ligne de terre où sera la lettre C : Telle sera l'ombre équinoxiale du gnomon.

Et, de cette marque et lettre C, par le centre où est la lettre A : qu'une ligne soit tirée : Là sera le rayon équinoxial du soleil.

Alors :

Qu'à l'aide d'une ouverture de compas (égale à la distance) du centre à ce qui est la ligne de terre, on détermine une ligne d'équidistance où sera la lettre E du côté gauche et I du (côté)

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « describatur in planitia ».

2. Éd. Schneid. Sans corr. ; « et inde altiore ».



cend[a], ut aequa duo hemicyclia sint  
divisa :

Haec autem linea a mathematicis  
dicitur Horizon.

Deinde :

11 Circinationis totius, sumenda pars  
est XV;

Et circini centrum conlocandum in  
linea circinationis, qu[o] loci secat  
eam lineam aequinoctialis radius : Ubi  
erit littera F.

Et signandum, dextra sinistra : Ubi  
sunt litterae G, H.

Deinde :

12 Ab his, line[ae] usque ad lineam  
planitiae perducendae sunt : Ubi erunt  
litterae T, R;

Ita :

Erit radius unus, hibernus ; alter,  
aestivus.

Contra autem E : littera I erit qu[o]  
secat circinationem line[a] quae est  
trajecta per centrum ;

[Et<sup>1</sup>, contra G et H, litterae erunt L  
et K ;

Et contra C et F et A, erit littera N.

Tunc,

13 Perducendae sunt diametri ab G  
ad L, et ab H ad K] :

Quae erit [sup]erior, partis erit  
aestivae ; [inf]erior : hibernae<sup>2</sup>.

droit ; et qu'on la tire à la traversée  
du centre de manière qu'il y ait divi-  
sion égale en deux demi-cercles :

Or cette ligne est appelée par les  
mathématiciens Horizon.

Ensuite :

De la circonférence entière il faut  
prendre la 15<sup>e</sup> partie ;

Et placer une pointe du compas sur  
la circonférence, à l'endroit où le  
rayon équinoxial la coupe et où sera  
la lettre F ;

Et faire, à droite et à gauche, des  
marques où seront les lettres G, H.

Ensuite :

A partir de ces (marques), des lignes  
(issues du centre) doivent être prolon-  
gées jusqu'à la ligne de terre, où  
seront les lettres T, R :

Ainsi :

L'un des rayons sera celui d'hiver ;  
l'autre, celui d'été.

Et, à l'opposite de E : La lettre I sera  
à l'intersection de la circonférence avec  
la ligne qui a été tirée à la traversée  
du centre.

[Et, à l'opposite de G et de H, seront  
les lettres L et K ;

Et, à l'opposite de C, et de F, et  
de A, sera la lettre N.

Alors,

Doivent être tracées des transversales  
de G à L, et de H à K] :

Celle qui sera en des[sus], sera celle  
de la partie d'été ; celle de des[sous] :  
d'hiver.

1. Le passage entre crochets se trouve dans l'état de mutilation suivant : « ubi erunt litterae I. K. L. M. et contra K. lineae erunt K. H. X. I. ». Pour ce passage et pour les suivants, l'édition Schneider rétablit l'exacte correspondance des lettres et du tracé.

2. Mots « superior », « inferior », intervertis : Remis à leurs vraies places dans l'édition de Rose.

14 Eaque diametri sunt aequae mediae dividendae : Ubi erunt litterae [M et O]<sup>1</sup> ; ibique centra signanda.

3. Sans corr. : « foraminum FC » :

4. Sans corr. : « foraminis  $\Gamma$  » : probablement S numéral confondu avec l' S final de foraminis » .

52 Compingitur autem, dimidia altitudinis :

K. Columna :

55 Latitudo et crassitudo : IS;

Altitudo autem :

Non habebit foraminis proportionem; sed erit quod opus erit ad usum.

54 Bracchii<sup>1</sup> :

Longitudo : Foraminum VI\*;

Crassitudo :

In radice : Foraminis [FZ]<sup>2</sup>;

In extremis : F.

55<sup>5</sup> De ballistis et catapultis : symmetrias quam maxime expeditas putavi, exposui.

Quemadmodum autem contentionibus eae temperentur, e nervo capilloque tortis rudentibus : quantum comprehendere scriptis potuero, non praetermittam.

Et, avec (l'eschara) s'assemble en sa mi-hauteur,

¶ La colonne :

Largeur et épaisseur (de cette colonne) : 1,1/2;

Quant à sa hauteur :

Elle ne comporte pas de proportion en module, mais elle sera ce qu'il faudra pour l'usage.

Du bras :

Longueur : De 6 modules;

Épaisseur :

A la racine : De [6/16, 4/16] de module;

A l'extrémité : 6/16.

Au sujet des balistes et des catapultes, j'ai exposé les symmétries que j'ai jugées les plus pratiques.

Quant à la manière dont elles se règlent en tension à l'aide de cordes en nerfs et en cheveux câblés : autant que je pourrai lui faire place dans mes écrits, je ne la passerai pas sous silence.

1. Sans corr. : « bracchii \* longitudo ».

2. Sans corr. : « crassitudo in radice foraminis ». Voir tome I, p. 304.

3. Chap. xxxiii du manuscrit de Breslau.



[XII]

[DE CATAPULTARUM  
BALLISTARUMQUE CONTENTIONIBUS  
ET TEMPERATURIS]

1 Sumuntur Tigna, amplissima longi-  
tudine.

2 Supra<sup>2</sup>,

Figuntur Chelonia,

5 [In] quibus [in]cluduntur Suculae.

4 Per media autem spatia tignorum :

Insecantur[et] exciduntur Formae.

5 In quibus excisionibus :

Includuntur Capitula catapultarum;

6 Cuneisque distinentur, ne in con-  
tentionibus moveantur.

Tum vero :

7 Modioli aerei, in ea capitula, inclu-  
duntur;

Et, in eos,

Cuneoli ferrei — quos Graeci ἐπιζυ-  
γίδας vocant — conlocantur.

Deinde :

8 Ansaerudentum indu[un]tur per  
foramina capitulorum, [et] in alteram  
partem traiciuntur;

Deinde,

[XII]

[DE LA MISE EN TENSION  
ET DU RÉGLAGE DES CATAPULTES  
ET BALISTES]<sup>1</sup>

On prend (deux) pièces de bois, de  
très ample longueur.

Sur<sup>2</sup> (ces madriers)

On fixe des coussinets,

Dans lesquels sont engagés des ar-  
bres de treuil.

Et, vers les régions moyennes des  
pièces de bois :

Sont coupées et entaillées des enco-  
ches :

Dans lesquelles encoches :

Sont encastrées les têtes de cata-  
pultes;

Et celles-ci sont coincées par des  
cales, de telle sorte qu'elles ne se dé-  
placent pas lors des tensions.

Et alors :

Les petits boisseaux d'airain sont  
engagés dans ces têtes (de catapultes);

Et, sur ces (petits boisseaux),

Sont posés les petits coins de fer,  
que les Grecs nomment Jouis-som-  
miers.

Ensuite,

Les têtes des cordes sont introduites  
à travers les trous des chapiteaux, et  
passées de part en part jusqu'à l'autre  
extrémité du bâti;

Ensuite,

1. Voir tome I, p. 307.

2. Pour la commodité de la manœuvre il semblerait préférable que les chelonia fussent fixés  
sous les tigna : Peut-être devrait-on lire, au lieu de « supra », « sub ea ».



In suculam coiciuntur; [et] involvuntur; uti,

9 Vectibus per eas ext[enti]<sup>1</sup>,

10 Rudentes, cum manibus sunt tacti : aequalem, in utroque, sonitus habeant responsum.

Tunc autem :

11 Cuneis, ad foramina concluduntur; ut non possint se remittere.

Ita :

12 Trajecti in alteram partem,

Eadem ratione : Vectibus, per suculas, extenduntur; donec aequaliter sonent.

Ita,

13 Cuneorum conclusionibus : ad sonitum, musicis auditionibus, catapultae temperantur.

14 De his quae potui, dixi. Restat mihi, de oppugnatoriis rebus; quemadmodum, machinationibus : et duces, victores; et civitates, defensae esse possint.

Elles sont fixées à l'arbre de treuil, et enroulées; de telle sorte que :

Tendues par cet (arbre de treuil) au moyen de leviers,

Les cordes, lorsqu'elles sont touchées avec la main, aient, à l'un et à l'autre (brin), une correspondance de son bien égale.

Et alors,

A l'aide de coins : elles sont coincées aux trous, de telle sorte qu'elles ne puissent se détendre.

Puis,

[Re]passées à l'autre extrémité (du bâti) :

De la même manière elles sont tendues par les arbres de treuil au moyen de leviers; jusqu'à ce que l'égalité de son soit établie.

Ainsi,

Par coinçages de coins : au son, par auditions musicales, les catapultes sont réglées.

Au sujet de ces choses, ce que j'ai pu je l'ai dit : Il me reste (à dire), au sujet des choses de sièges : comment, par combinaisons de machines, et les chefs peuvent être victorieux et les villes défendues.

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « per eas extrudentes ».

[XIII]

## [DE OPPUGNATORIIS REBUS]

1<sup>2</sup> Primum, ad oppugnationes, Aries sic inventus memoratur esse :

Carthaginienses, ad Gades oppugnandas, castra posuerunt. Cum autem castellum ante [seps]issent<sup>5</sup>, id demoliri sunt conati.

Posteaquam non habuerunt, ad demoliendum, ferramenta :

2 Sumpserunt tignum; idque manibus sustinentes, capiteque ejus summum murum continenter pulsantes, summos lapidum ordines deiciebant. Et ita, gradatim, ex ordine, totam communitationem dissipaverunt.

Postea,

5 Quidam faber Tyrius, nomine Pephrasmenos, hac ratione et inventione inductus :

Malo statuto, ex eo alterum transversum, uti trutinam suspendit; et, in reducendo et impellendo, vehementibus plagis dejecit Gaditanorum murum.

4 Caet[r]as autem Chalcedonius : de materia, primum, basim subjectis rotis fecit; supraque compegit, arrectariis

[XIII]

[DES ENGINES DE SIÈGES]<sup>1</sup>

D'abord, pour les sièges, le Béliet fut, dit-on, inventé ainsi :

Les Carthaginois, pour assiéger Gades, installèrent leur camp; et, après avoir préalablement investi le fort, ils essayèrent de le démolir.

Et, lorsqu'ils n'eurent plus, pour démolir, d'outils de fer :

Ils prirent une pièce de bois; et, la soutenant avec leurs mains et, de sa tête, frappant à coups répétés le sommet du mur, ils faisaient tomber les cours de pierres les plus élevés. Et ainsi, successivement, de proche en proche, ils détruisirent la fortification tout entière.

Ensuite,

Un certain charpentier de Tyr, nommé Pephrasmenos, guidé par cette disposition et invention :

Ayant dressé un mât, il y suspendit, à la manière d'un fléau de balance, un autre (mât) transversal; et, par rappels et impulsions (de ce mât transversal), il abattit à coups violents le mur des Gaditates.

Mais ce fut Caetras de Chalcédoine qui, le premier, fit avec du bois une plate-forme sur roues; et, par-dessus,

1. Voir tome I, p. 279. Chapitre en grande partie emprunté à des sources où a puisé Athénée. Les chiffres d'Athénée, en général correctement reproduits par les copistes, aideront à rectifier ceux de Vitruve.

2. Chap. xxiv du manuscrit de Breslau.

5. Sans corr. : « cepissent ».

et jugis, var[a]s; et, in his, suspendit arietem; coriisque bubulis textit : uti tutiores essent qui, in ea machinatione, ad pulsandum murum essent conlocati.

Id autem, quod tardos conatus habuerat, testudinem arietariam appellare coepit.

5 His tunc primis gradibus positus ad id genus machinationis,

Postea :

Cum Philippus Amyntae filius Byzantios oppugnaret, Polyidos Thettalos pluribus generibus et facilioribus explicavit;

6 A quo receperunt doctrinam Diades et Charias, qui cum Alexandro militaverunt.

7<sup>1</sup> Itaque Diades, scriptis suis, ostendit se invenisse :

Turres ambulatorias; quas etiam, dissolutas, in exercitu circumferre solebat;

Praeterea :

8 Terebram;

9 Et ascendentem machinam qua ad murum, plano pede, transitus esse posset;

Etiam :

10 Corvum demolitorem, quem nonnulli Gruem appellant.

Non minus :

11 Utebatur ariete subrotato, cujus rationes scriptas reliquit.

12 Turrim autem :

à l'aide de montants et de liernes, fit d'assemblage des beffrois, et suspendit à leur intérieur le bélier, et les revêtit de peaux de bœufs, afin de mettre en sûreté ceux qui, pour battre le mur, devaient être postés dans cette machine.

Et, comme cet (engin) avait une marche fort lente, il se mit à l'appeler Tortue bélière.

Ces premiers pas alors accomplis vers ce genre de mécanisme,

Ensuite :

Lorsque Philippe fils d'Amyntas assiégeait les habitants de Byzance, Polyidos, Thessalien, le développa en variétés plus nombreuses et plus commodes;

Et de lui reçurent la doctrine Diades et Charias, qui servirent dans l'armée d'Alexandre.

Ainsi Diades a montré par ses écrits qu'il a inventé :

Les Tours roulantes, que même il avait coutume de transporter, démontées, en campagne;

En outre :

La Tarière;

Et une machine d'ascension, par laquelle le passage à un mur pût être de plain-pied;

Et aussi :

Le Corbeau démolisseur, que quelques-uns appellent Grue;

De plus,

Il faisait usage du Bélier monté sur roues, dont il a laissé les règles écrites.

Or, la Tour<sup>2</sup> :

1. Chap. xxv du manuscrit de Breslau.

2. Tome I, p. 291.

- Minimam ait oportere fieri, ne minus :
- Altam : Cubitorum [L]X<sup>1</sup> ;  
Latitudinem : XVII.
- 13<sup>2</sup> Contracturam autem summam :  
Imae partis, quintam.
- 14 Arrectaria :  
In turris imo : Dodran[t]alia<sup>3</sup> ;  
  
In summo : Semipedalia.
- 15 Fieri autem ait oportere eam turrim :  
Tabula[to]rum decem ;  
Singulis partibus, in ea, fenestratis ;
- 16 Majorem vero turrim :  
  
Altam : Cubitorum CXX ;  
Latam : Cubitorum XXIII[S]<sup>4\*</sup>.
- 17 Contra[c]turam :  
Item, quinta parte\*.
- 18 Arrectaria :  
Pedalia in imo ;  
In summo : Semipedalia.
- 19 Hanc magnitudinem turris, faciebat :  
Tabulatorum XX ;
- 20 Cum haberent singula tabulata,  
Circuitionem : Cubitorum ternum.
- 21 Tegebat autem crudis coriis, ut ab omni plaga essent tutae.
- 22 Testudinis arietariae,
- Il dit que la moindre doit être faite, au moins :  
Haute de 6[0] coudées ;  
En largeur : de 17 ;  
Et (que) la contraction au sommet (doit être faite) cinquième de la partie d'en bas ;  
Les Montants :  
Au bas de la tour : De neuf douzièmes de pied ;  
Au sommet : D'un demi-pied.  
De plus, il dit que cette tour doit être faite :  
A dix étages ;  
Chacune des subdivisions, dans cette (tour), étant à meurtrières.  
Quant à la grande Tour : (il dit qu'elle doit être faite, au moins) :  
Haute de cent vingt coudées ;  
Large de vingt-trois coudées 1/2 ;  
Sa contraction :  
De même : A la cinquième partie ;  
Ses montants :  
D'un pied au bas ;  
Au sommet : D'un demi-pied.  
Cette grandeur de tour, il la faisait :  
De 20 étages :  
Chacune des plates-formes portant :  
Un chemin de pourtour : De trois coudées.  
Et il revêtait (les tours) de peaux fraîches, pour qu'elles fussent à l'abri de tout dégât.  
De la Tortue bélière<sup>5</sup>,

1. Éd. Schneid. Sans corr., « novem » : IX au lieu de LX. D'après Ath. : [L]X.

2. Chap. xxvi du manuscrit de Breslau.

3. Sans corr. : « dodrante alia ». La cote d'Ath. est 7 doigts. Suivant une remarque que Schneider emprunte à Meibomius, Vitruve arrondit au demi-pied.

4. Correct. d'après Athén.

5. Tome I, p. 283.

- Comparatio eadem ratione perficiebatur;
- Habuerat autem :
- 23 Intervallum : Cubitorum XXX;
- 24 Altitudinem, praeter fastigium : X[II]I<sup>1</sup>;
- 25 Fastigii autem altitudo :  
Ab str[a]to ad summum : Cubita [X]VII<sup>2</sup>.
- 26 Exhibat autem, in altum et supra medium tectum, fastigium : non minus c[ub]ita<sup>3</sup> duo.
- Et, supra, extollebatur
- 27 Turricula :  
Cubitum : [ ] :  
II[I]<sup>4</sup>, tabulatorum.
- 28 In qu[a] :  
Tabulato summo,  
Statuebantur scorpiones et catapultae;
- Inferioribus :
- Congerebatur aquae magna multitudo; ad extinguendum, si qua vis ignis inmitteretur.
- 29 Constituebatur autem in ea,  
  
Arietaria machina, quae graece dicitur κριοδόκη.
- 30 In qua conlocabatur :  
Torus, perfectus in torno;
- 31 In quo, insuper constitutus,  
  
Aries : [r]udentium ductionibus et reductionibus, efficiebat magnos operis effectus.

L'installation se faisait par des procédés de même sorte.

Mais elle avait :

Une largeur : De 30 coudées;

Une hauteur, non compris le comble : De 1[3] :

Quant à la hauteur du comble :

Depuis sa plate-forme jusqu'à son sommet, (elle était) de [1]7 coudées.

Et du comble se détachait, en hauteur et au-dessus de la plate-forme d'entresollement, un retroussis d'au moins deux [coudées].

Et, au-dessus, s'élevait :

Une Tourelle :

De [ ] coudées;

A [3] plates-formes.

Dans cette (tourelle) :

A l'étage supérieur,

Étaient établis les scorpions et catapultes;

Aux (étages) inférieurs :

Était approvisionnée une grande masse d'eau, pour éteindre si la violence du feu venait à pénétrer.

De plus, dans cette (tourelle) était établi :

Le bâti du bélier, qui est nommé en grec κριοδόκη;

Dans lequel (bâti) était installé,

Un rouleau fait au tour;

Et, établi (suspendu) sur ce (rouleau) :

Le Bélier, par tractions et rappels de cordes, produisait de très grands effets de destruction.

1. Sans corr. : « XVI ». Ath. : 13.

2. Sans corr. : « VII ». Le chiffre d'Athénée et de l'Anonyme de Byzance est 16.

3. Éd. Schneid. Sans corr. : « capita ».

4. Sans corr. : « tabulatorum IIII ». Ath. dit « trois étages ».

- 32 Tegebatur autem is, coriis crudis;  
quemadmodum turris.
- 33 De Terebra,  
Has explicuit scriptis rationes :
- 34 Ipsam machinam :  
Uti testudinem : in medio habentem,  
conlocatum in orthostatis,
- 35 Canalem :  
Quemadmodum in catapultis aut  
ballistis fieri solet;  
Longitudine : Cubitorum L;  
Altitudine : Cubiti.
- 36 In quo constituebatur, transversa :  
Sucula.
- 37 In capite autem, dextra ac sinistra :  
  
Trocleae duae;  
Per quas movebatur, quod inerat in  
eo canali : Capite ferrato Tignum.
- 38 Sub eo autem, in ipso canali, inclusi  
T[or]i<sup>1</sup> crebriter,  
  
Celeriores et vehementiores efficiebant  
ejus motus.
- 39 Supra autem [i]d tignum quod inibi  
erat,  
Arcus [erig]ebantur<sup>2</sup> ad canalem  
crebriter :  
Uti sustinerent corium crudum, qu[o]  
ea machina erat involuta.
- 40 De Corace :  
Nihil putavit scribendum : quod  
animadverteret, eam machinam nul-  
lam habere virtutem.
- 41 De A[scen]su, quae ἐπιβάθρα Graece  
dicitur;

Et ce (béliér) était revêtu de peaux  
fraîches, ainsi que la tour.

Au sujet du Trépan,

Il a développé dans ses écrits les règles  
suivantes.

La machine elle-même :

Pareille à une Tortue qui en son  
milieu aurait, installé à joues droites :

Un Canal :

Tel que celui qu'on a coutume de  
faire dans les catapultes ou les balistes :

D'une longueur de 50 coudées;

D'une profondeur d'une coudée.

Dans ce (canal) était établi :

Un arbre de treuil transversal;

Et à la tête (de ce canal), sur la  
droite et sur la gauche :

Deux chapes (de renvoi),

Par l'intermédiaire desquelles était  
mue la Pièce de bois à tête ferrée qui  
était dans ce canal;

Et, sous cette (pièce), emboîtés à  
drus intervalles dans les (parois du)  
canal lui-même : Des rouleaux

En rendaient les mouvements plus  
rapides et plus violents.

Et, au-dessus de cette pièce de bois  
qui y était logée :

Des cerceaux étaient [dressés] le  
long du canal, à intervalles serrés,

Pour soutenir les peaux fraîches  
dont cette machine était enveloppée.

Au sujet du Corbeau,

Il a jugé ne devoir rien écrire :  
parce qu'il aurait reconnu que cette  
machine n'a aucune valeur.

Au sujet de la machine ascension-  
nelle qui est nommée en grec ἐπιβάθρα,

1. Éd. de Laet. Les manuscrits portent : « inclusit uti crebriter ».

2. Éd. Rose. Sans corr. : « tegebantur ».

Et de Marinis machinationibus, quae per navi[m]<sup>1</sup> aditus habere posse scripsit :

42 Tantum pollicitum esse, vehementer animadverti ; neque rationes eorum, eum explicavisse.

43<sup>2</sup> Quae sunt ab Diade de machinis scripta, quibus sint comparationibus exposui.

Nunc : Quemadmodum a praeceptoribus accepi et utilia mihi videntur, exponam.

Et au sujet des combinaisons marines d'échafaudages qui, à ce qu'il a écrit, peuvent fournir des accès (à la place) au moyen d'un navire,

J'ai vivement regretté qu'il se soit contenté d'énoncés, et n'ait point développé les dispositions de ces (engins).

Les choses qui ont été écrites par Diades au sujet des combinaisons que comportent les machines, je les ai exposées.

Maintenant j'exposerai les choses ainsi que je les ai apprises de mes maîtres et qu'elles me paraissent être utiles.

1. Sans corr. : « quae per navium... ».

2. Chap. xxvii du manuscrit de Breslau.



[XIV]

[DE TESTUDINE AD CONGESTIONEM  
FOSSARUM PARANDA]

1 Testudo quae ad congestionem fossarum paratur — eaque etiam accessus ad murum potest haberi,

Sic erit facienda :

2 Basis compingatur, quae graece ἐσχάρα dicitur :

3 Quadrata; Habens :

4 Quoque versus Latera singula, pedum XX[I]<sup>2</sup>,

5 Et transversaria III;

6 Haec autem contineantur ab :

Alteris duobus,

Crassis : F [Z]<sup>3</sup>;

Latis : S [÷].

7 Distent autem transversaria inter se : Circiter pede[s III] et S<sup>4</sup>;

Supponanturque, in singulis intervallis eorum :

8 Arbusculae, quae graece ἀμαξόποδες dicuntur;

In quibus versantur Rotarum axes, conclusi lamnis ferreis.

[XIV]

[DE L'INSTALLATION DE LA TORTUE  
POUR LE COMPLEMENT DES FOSSÉS]<sup>1</sup>

La Tortue qui est installée pour le comblement des fossés — et au moyen de laquelle aussi l'accès peut être obtenu jusqu'au mur,

Doit être ainsi constituée :

Soit faite d'assemblage une (charpente de) plate-forme qui, en grec, s'appelle eschara :

Carrée; ayant :

En chaque sens des (pièces de) rives chacune de 21 pieds;

Et des traverses (au nombre de) 4;

Et que ces (traverses) soient conjuguées par :

Deux autres,

Épaisses de 6/16, [4/16],

Larges de 1/2, [4/16].

Et que les (quatre) traverses soient distantes deux à deux d'environ [3] pieds et 1/2.

Et, par-dessous, dans leurs intervalles, soient placés :

De petits arbres, qui sont appelés en grec Pieds de chars;

Dans lesquels tournent les essieux des roues, frettés de bandes de fer.

1. Voir tome I, p. 280; pl. 81, 82. Cf. Athén., Anonyme Byz. Pour ce chapitre, comme pour le précédent, Schneider a rectifié d'après Athénée les cotes de Vitruve.

2. Sans corr. : « XXV ». Ath. : 14 coudées = XX [I] pieds.

3. Sans corr. : « crassis F S latis S ». Athénée : Épaisseur 10 doigts = F [Z]; largeur 3 palmes = S [÷].

4. Sans corr. : « pede et S ». Ath. : 2 coudées et 1 palme = pede[s III] S; ce qui donne une répartition de transversaria à très peu près uniforme.

- 9 Eaeque arbusculae ita sint temperatae, ut  
Habeant Cardines;  
Et Foramina : quo vectes trajecti, versationes earum expediant; uti,
- 10 Ante, et post, et ad dextrum seu sinistrum latus, sive oblique ad angulos opus fuerit : ad id, per arbusculas versat[a]s, progredi possint.
- 11 Conlocentur autem, insuper basim :  
Tigna duo :  
In utramque partem projecta pedes senos.
- 12 Quorum circa projecturas, figantur :  
Altera projecta, duo Tigna, ante frontes pedes VII;  
Crassa et lata : uti, in basi, sunt scripta.
- 13 Insuper hanc compactionem, e[r]igantur :
- 14 Postes compactiles :  
Praeter cardines : Pedum VIII<sup>1</sup>  
Crassitudine, quoquoversus : [Semi]-pedales<sup>2</sup>;  
Intervalla habentes inter se : Sesquiped[i]s.
- 15 E[i] concludantur superne, intercardinatis Trabibus.
- 16 Supra trabes, conlocentur,  
Capreoli :
- Et que ces petits arbres soient tellement disposés,  
Qu'ils aient des crapaudines,  
Et des trous où des leviers engagés puissent leur donner des rotations telles, que :  
En avant, et en arrière, et vers le côté droit ou gauche, ou s'il le faut obliquement en biais : dans le sens (voulu) il puisse y avoir marche par le moyen de rotations données aux petits arbres.  
Et soient posées, par-dessus la plate-forme :  
Deux Pièces de bois,  
Faisant, de chaque côté, saillie de six pieds.  
Et, au long de leurs saillies : soient fixées :  
Deux autres Pièces de bois, faisant (à leur tour), par rapport aux façades, des saillies de 7 pieds :  
(Pièces) épaisses et larges comme il a été écrit à propos de la plate-forme.  
Par-dessus cet assemblage : soient dressés :  
Des Potelets faits d'assemblage :  
(D'une hauteur), non compris les (abouts à) tenons : De 9 pieds ;  
D'une épaisseur en chaque sens :  
D'un [demi]-pied ;  
Ayant entre eux des intervalles d'un pied et demi.  
Et qu'ils soient étreints du haut par des poutres moisantes.  
Sur (ces) poutres soient disposés,  
Des Arbalétriers :

1. Ath. dit ἐπταπήχεις : On établirait l'accord avec Vitruve en lisant ἐ[ξ]απήχεις.

2. Sans corr. : « palmo pedales » : épaisseur qui paraît excessive, mais qu'Ath. ne permet point de contrôler.

- Cardinibus alius in alium inclusi;  
In altitudine, excitati pedes [X]II<sup>1</sup>.
- 17 Supra capreolos : conlocetur  
Quadratum Tignum; quo capreoli  
conjungantur.
- 18 Ipsi autem :  
Laterariis, circa fixis, contineantur;
- 19 Teganturque Tabulis;  
Maxime, [palmeis]<sup>2</sup>. Si non, ex ce-  
tera materia quae maxime habere  
potest virtutem; praeter pinum aut  
alnum : haec enim sunt fragilia, et  
faciliter recipiunt ignem.
- 20 Circum tabulata, conlocentur Crates :  
Ex tenuibus virgis; creberrime  
textae; maximeque, recentibus.
- 21 Percrudis coriis, duplicibus con-  
sutis, fartis [a]lga, aut paleis in aceto  
maceratis :  
Circa tegatur machina tota.
- 22 Ita : ab his reicientur plagae bal-  
listarum, et impetus incendiorum.
- S'engageant à tenons l'un dans  
l'autre;  
Se prolongeant en hauteur (au-des-  
sus des potelets), à [12] pieds.  
Par-dessus les arbalétriers : soit  
posée :  
Une Pièce de bois carré, par laquelle  
ces arbalétriers soient rendus soli-  
daires.  
Et ces (arbalétriers) eux-mêmes :  
Qu'ils soient reliés par des couchis  
cloués en pourtour;  
Et qu'ils soient recouverts par des  
Voliges :  
De préférence, de [palmier] (?); si-  
non, d'un autre bois qui puisse avoir  
une très grande force : sauf le pin  
ou l'aune, car ces derniers (bois) sont  
fragiles et prennent aisément feu.  
En revêtement des voligeages soient  
posées des Claies :  
(Faites) de verges minces, tressées  
très serré et, autant que possible,  
fraîches.  
(Et) qu'à l'aide de peaux tout à fait  
fraîches, cousues deux à deux en-  
semble et bourrées d'algue ou de  
pailles macérées dans du vinaigre,  
Soit protégée à son pourtour la ma-  
chine tout entière :  
Ainsi, de ces (revêtements) seront  
repoussés les coups des balistes et la  
violence des incendies.

1. Corr. de Rose. Vitruve dit « VIII »; Ath. 6 coudées = XII pieds.

2. Sans corr. : « primis ». Ath. dit : φοινικίναις. Corr. de Rose, « pri[nin]is » : bois d'yeuse.

[XV]

## [DE ALIIS TESTUDINIBUS]

1 Est autem aliud genus Testudinis, quod reliqua omnia habet, quemadmodum quae supra scripta sunt : praeter capreolos.

Sed habet,

2 Circa :

Pluteum et Pinnas ex tabulis; et,

Superne<sup>2</sup> Subgrundas proclinatas;

5 Supraque :

Tabulis et coriis firmiter fixis, contin[e]tur.

4 Insuper vero :

Argilla, cum capillo subacta : ad eam crassitudinem inducatur, ut ignis omnino non possit ei machinae nocere.

5 Possunt autem eae machinae,

Ex VIII rotis esse : si, ad loci naturam, ita opus erit temperare.

6 Quae autem testudines, Ad fodiendum comparantur — ὀρυγες<sup>3</sup>, graece dicuntur :

7 Cetera omnia habent, uti supra scriptum est;

Frontes vero earum fiunt quemadmodum anguli trigonorum;

[XV]

## [D'AUTRES TORTUES]

Il est aussi un autre genre de tortue<sup>1</sup>, qui a, sauf les arbalétriers, tout le surplus conformément à ce qui a été ci-dessus écrit;

Mais qui a :

Au pourtour,

Un parapet et des merlons de planches, et :

Des appentis inclinés de bas en haut;

Et, en son sommet,

Présente une (arase) continue de planches et cuirs solidement cloués;

Et, par-dessus (cette arase)

Au moyen d'argile pétrie avec de la bourre, soit fait un corroi jusqu'à épaisseur telle, que le feu ne puisse nullement nuire à cette machine.

D'ailleurs ces machines peuvent :

Être à 8 roues si, d'après la nature du lieu, il est besoin de les aménager ainsi.

Quant aux Tortues qui sont disposées en vue de saper : en grec elles s'appellent ὀρυγες,

Elles ont tout le reste comme il a été écrit ci-dessus;

Mais leurs fronts sont faits (à avancées de toitures), comme des angles de triangles;

1. Voir tome I, p. 282.

2. Sans corr. : « supernae... continentur ». Schneid. a rétabli « superne », et Rose « continetur ».

3. Éd. Schneid. Sans corr. : « origines ».

Uti,

8 A muro tela cum in eas mittantur : non planis frontibus excipiant plagas, sed ab lateribus labentes; sine periculo, qui intus sunt [t]ue[a]ntur<sup>1</sup>.

9 Non mihi etiam videtur esse alienum : de Testudine quam He[ge]tor<sup>2</sup> Byzantius fecit, quibus rationibus sit facta, exponere.

10 Fuerat enim, ejus Baseos : Longitud[o] : Pedum LX[III]<sup>4</sup>; Latitudo : X[LI]I<sup>5</sup>.

11 Arrectaria — quae supra compactionem erant : quattuor conlocata,

Ex binis tignis fuerant compacta;

12 In altitudinibus, singula : Pedum XXXVI;

Crassitudine : Palmipedali;  
Latitudine : Sesquipedali.

13 Basis ejus habuerat

Rotas VIII, quibus agebatur.  
Fuerat autem, earum :  
Altitudo : Pedum VI S ÷;  
Crassitudo : Pedum III;

14 Ita fabricata :  
Triplici materia : Alternis se contra;

Subscudibus inter se coagmentata;  
Lamnisque ferreis, ex frigido ductis, alligata.

De telle sorte que,

Lorsque du mur, des projectiles sont lancés contre elles : elles ne reçoivent pas les chocs sur des fronts horizontaux, mais (qu'elles les reçoivent) glissant par côtés; et que, sans péril, elles protègent ceux qui sont à l'intérieur.

Enfin il ne me paraît pas hors de propos, au sujet de la Tortue qu'a faite Hégétor de Byzance<sup>5</sup>, d'exposer par quels moyens elle fut faite :

Or, de sa plate-forme d'appui,  
La longueur était de 6[3] pieds;  
La largeur : De [42].

Les montants, qui, sur cet assemblage (de plate-forme), étaient installés (au nombre de) quatre,

Avaient été faits d'assemblage au moyen de pièces jumelées :

Chacun d'une hauteur de 36 pieds;

D'une épaisseur d'un pied un palme;  
D'une largeur d'un pied et demi.

La plate-forme de cette (tortue), avait

8 roues, par lesquelles elle était mue.

Et de ces roues était :

La hauteur : De 6 pieds 1/2, 4/16;

L'épaisseur : De 5 pieds;

Fabriquée ainsi :

Au moyen d'un triple boisage en croisement contrarié,

Avec assemblage mutuel à broches,

Et frettage au moyen de bandes de fer serrées par refroidissement.

1. Éd. Philand. Sans corr. : « intuentur ».

2. Écrit : « Hector ».

3. Voir tome I, p. 285. Cf. Athen.; Anonyme Byz.

4. Éd. Rose. Sans corr. : « LX »; Ath. : 42 coudées = LXIII pieds.

5. Éd. Rose. Sans corr. : « XIII »; Ath. : 28 coudées = LXII pieds.

- 15 Eae, in arbusculis, sive Hamaxopodes dicuntur, habuerant versationes.
- Ita.
- 16 Supra Transtrorum planitiem quae supra basim fuerat :
- 17 Postes erant erecti :
- Pedum [X]VII[I]<sup>\*1</sup> ;
- Latitudin[e] S ÷<sup>\*2</sup> ;
- Crassitudine F Z ;
- Distantes inter se I S ÷.
- 18 Supra eos :
- Trabes, circumclusae, continebant totam compactionem ;
- Latae : Pedem I<sup>\*</sup> ;
- Crassae : S ÷
- 19 Supra eam :
- Capreoli, extollebantur altitudine pedum XII ;
- 20 Supra capreolos :
- Tignum conlocatum ; conjungebat capreolorum compactiones.
- Item :
- 21 Fixa habuerant lateraria in transverso ;
- Quibus insuper :
- Contabulatio, circumdata, contegebat inferiora.
- 22 Habuerat autem :
- Mediam contabulationem, supra Trab[e]culas ; ubi scorpiones et catapultae conlocabantur.
- 23 Erigebantur et :
- Arrectaria duo, compacta :
- Ces (roues) avaient leurs rotations dans de petits arbres, autrement dits Pieds de char.
- (Les choses étant) ainsi :
- Sur une série arasée d'entrants qui étaient par-dessus la plate-forme, Étaient dressés des potelets :
- De [18] pieds ;
- D'une largeur de 1/2 et 4/16 ;
- D'une épaisseur de 6/16, 4/16 ;
- Distants entre eux de 1 pied 1/2, 4/16.
- Sur ces (potelets) :
- Des poutres formant ceinture maintenaient l'ensemble de cette charpenterie :
- Larges de 1 pied ;
- Épaisses de 1/2, 4/16.
- Au-dessus de cette (charpenterie) :
- Des arbalétriers se prolongeaient en hauteur sur 12 pieds ;
- Par-dessus les arbalétriers :
- Une pièce de bois était posée pour rendre solidaires les assemblages de ces arbalétriers.
- De plus,
- (Ces arbalétriers) portaient des couchis cloués en travers ;
- Et, par-dessus ces (couchis),
- Un voligeage faisant revêtement recouvrait les parties inférieures.
- De plus, (la tortue) avait :
- (Porté) sur de petites poutres, un plancher d'entresollement, où étaient installés les scorpions et catapultes,
- Puis se dressaient :
- Deux montants fixés par assemblage :

1. Éd. Jucund. Sans corr. : « XXVIII » ; Ath. : 12 coudées = XVIII pieds.

2. Sans corr. : « latitudinis ÷ » ; Ath. fixe à « dix doigts » l'épaisseur que Vitruve exprime par le signe FZ.



- Pedum [X]XXXV<sup>1</sup> ;  
 Crassitudine : Sesquipedali<sup>\*</sup> ;  
 Latitudine : [S ÷]<sup>2</sup> ;
- 24 Conjuncta :  
 Capitibus : Transversario cardinato  
 tigno ;  
 Et :
- 25 Altero, mediano ; inter duos scapos  
 cardinato, et lamnis ferreis religato ;  
 Quo insuper conlocata erat, alternis,
- 26 Materies : Inter scapos et transversari[os] traject[a]<sup>3</sup> ; e[t] cheloniis et an[c]onibus firmiter inclusa.
- 27 In ea materia fuerunt ex torno facti :  
 Axiculi duo ; e quibus funes, alligati, retinebant arietem.
- 28 Supra caput eorum qui continebant arietem, conlocatum erat :  
 Pluteum : turriculae similitudine ornatum ; uti, sine periculo : Duo milites, tuto stantes, prospicere possent, et renuntiare quas res adversarii conarentur.
- 29 Arias autem ejus, Habuerat :  
 Longitudinem ; Pedum CIV<sup>4</sup>
- 30 [Crassi]tudine : in imo, Palmipedali<sup>\*</sup> ;  
 [Lati]tudine : pedali<sup>5</sup>.
- (D'une hauteur) de [4]5 pieds ;  
 D'une épaisseur d'un pied et demi ;  
 D'une largeur : De [1/2, 4/16] ;  
 (Lesquels étaient) conjugués :  
 En têtes : Par une pièce transversale moisante ;  
 Et, (plus bas) :  
 Par une seconde (pièce) médiane, assemblée à tenons entre ces deux poteaux et reliée avec eux par des bandes de fer ;  
 Par-dessus laquelle étaient disposés, en directions croisées :  
 Des bois franchissant les intervalles entre poteaux et (entre) traverses, avec forts assemblages à crapaudines et à équerres.  
 Dans ces bois ont été faites, au tour,  
 Deux petites gorges : d'où des câbles prenant attache maintenaient le bélier.  
 Au-dessus de la tête de ces (pièces) qui supportaient le bélier, était installé :  
 Un parapet, muni à la ressemblance d'une tourelle ; de telle sorte que, sans péril, deux soldats, s'y tenant en sûreté, puissent guetter et annoncer les choses que les adversaires tenteraient.  
 Or, le bélier de cette (tortue) avait :  
 Une longueur de 104 pieds ;  
 (Il était), en queue, d'une épaisseur d'un pied un palme,  
 D'une largeur d'un pied ;

1. Éd. Rose. Sans corr. : XXXV » ; Ath. : 30 coudées = [X] XXXV pieds.

2. Éd. Rose. Sans corr. : « .P II. » ; Ath. : 3 palmes = [S ÷].

3. Sans corr. : « inter scapos et transversarium trajectae... et angonibus firmiter inclusa ».

4. Ath. et l'Anonyme de Byz : 120 coudées.

5. Sans corr. : « latitudine in imo palmo pedali \*crassitudine pedali\* ». Voir tome I, p. 288.



- 51 Contractu, a capite :  
 In latitudine : Pe[di]s \* ;  
 [In] crassitudine : S  $\frac{1}{4}$ .
- 52 Is autem aries, habuerat :  
 De ferro duro, Rostrum; ita uti  
 naves longae solent habere.
- 53 Et, ex ipso rostro,  
 Lamnae ferreae IIII, circiter Pedum  
 XV, fixae fuerunt in materia.
- 54 A capite autem ad imam calcem  
 tigni, contenti fuerant :  
 Funes IIII<sup>2</sup> : crassitudine Digitorum  
 VIII;  
 Ita religati, quemadmodum navis, a  
 prora ad puppem, contin[e]tur<sup>5</sup>.
- 55 Eique funes :  
 Praecinctur[is] transversis erant re-  
 ligati, habent[ibu]s<sup>4</sup> inter se, palmi-  
 pedalia spatia.
- 56 Insuper :  
 Coriis crudis, totus aries erat invo-  
 lutus.
- 57 Ex quibus autem funibus pende-  
 b[at]<sup>5</sup> :  
 Eorum capita fuerunt, ex ferro  
 factae : Quadruplices catenae;
- 58 Et ipsae, Coriis era[n]t involutae.
- 59 Item,  
 Habuerat projectura ejus :
- Son resserrement (étant), de la tête  
 (à la queue) :  
 En largeur : D'un pied;  
 En épaisseur : De  $\frac{1}{2}$   $\frac{4}{16}$ .  
 Et ce bélier avait :  
 Un éperon de fer dur, comme les  
 vaisseaux longs en ont d'habitude;  
 Et, partant de cet éperon :  
 4 bandes de fer, d'environ 15 pieds,  
 étaient clouées dans le bois.  
 De plus : de la tête à l'extrême pied  
 de la poutre, étaient tendus :  
 4 câbles, D'une épaisseur (corres-  
 pondant à un périmètre) de 8 doigts,  
 Reliés à la manière dont un vais-  
 seau est embrassé, de la proue à la  
 poupe, par une armature (de cor-  
 dage).  
 Et ces câbles,  
 Étaient ensemble reliés par des  
 ceintures transversales, ayant entre  
 elles des espacements d'un pied un  
 palme.  
 Par-dessus (ces câbles) :  
 Le bélier tout entier était enveloppé  
 de peaux fraîches.  
 Quant aux câbles d'où pendait (le  
 bélier) :  
 Leurs têtes étaient des chaînes au  
 nombre de quatre, faites de fer.  
 Et ces chaînes elles-mêmes étaient  
 enveloppées de peaux fraîches.  
 En outre :  
 L'avancée de ce (bélier) avait

1. Éd. Rose. Sans corr. : « contractu a lapide in latitudine pes \* crassitudine S  $\frac{1}{4}$  ».

2. Ath. dit « trois », et nous apprend que l'« épaisseur » des câbles est définie par le déve-  
 loppement de leur pourtour.

3. Sans corr. « continentur ».

4. Sans corr. : « praecincturae transversis erant religati habentes... ».

5. Éd. Rose. Sans corr. : « pendebant ».

Ex tabulis, Arcam compactam, et confixam;

In qua :

40 [Retia]<sup>1</sup>, rudentibus majoribus extentis; per quorum asperitates, non [l]abentibus pedibus, faciliter ad murum perveniebatur.

Atque,

41 Ea machina : sex modis movebatur;

Progress[u]; [Regressu]<sup>2</sup>;

Item, latere : Dextra et sinistra;

Porrectione, non minus : In altitudinem extolleb[a]tur; et, in imum, inclinatione demitteb[a]tur.

42 Erigebatur autem machina in altitudinem, ad disiciendum murum : circiter Pedes C;

43 Item, a latere :

Dextra ac sinistra procurrendo, praestringebat non minus pedes C.

44 Gubernabant eam : Homines C;

45 Habentem pond[us] : Talentum quattuor milium; quod fit CCCCLXXX pondo.

Une caisse en planches, faite d'assemblage et clouée avec elle;

Et, dans cette (caisse) :

[Des échelles de corde] à maîtres-câbles tendus, par les rugosités desquelles on parvenait facilement sur le mur.

Et,

Cette machine se mouvait de six manières :

Par avancée; [par recul];

De même, de côté, à droite et à gauche;

Et de plus, par soulèvement elle se dressait en hauteur et, par abaissement, elle se penchait vers le bas.

Or cette machine s'élevait en hauteur, pour decouronner le mur : d'environ 100 pieds;

De même, par côté :

Courant à droite et à gauche, elle balayait au moins 100 pieds.

Il fallait pour la manœuvrer 100 hommes,

Son poids étant de quatre mille talents; ce qui fait en livres 480 (milliers).

1. Mot omis : Rétabli par Rose d'après Ath.

2. Mot omis : Rétabli par Rose.

[XVI]

[DE REPUGNATORIIS REBUS]

1 De scorpionibus, et catapultis, et balistis, etiamque de testudinibus et turribus : quae mihi videbantur idoneae, et a quibus essent inventa, et quemadmodum fieri deberent, explicui.

2 Salarum autem, et carchesiorum, et eorum quorum rationes sunt inbecilliores : non necesse habui scribere. Haec etiam milites, per se, solent facere.

3 Neque ea ipsa, omnibus locis, neque eisdem rationibus, possunt utilia esse : quod differentes sunt munitiones munitionibus, nationumque fortitudines.

Namque, alia ratione ad audaces et temerarios, alia ad diligentes, aliter ad timidos, machinationes debent comparari :

Itaque, his praescriptionibus si quis attendere voluerit : ex varietate eorum eligendo in unam comparationem conferre, non indigebit auxiliis ; sed quascumque res ex rationibus aut locis, opus fuerit, sine dubitatione poterit explicare.

[XVI]

[DES CHOSES DE LA DÉFENSE]

Au sujet des scorpions et catapultes et balistes, et aussi des tortues et tours, j'ai exposé en détail quelles choses me paraissaient convenables, et par qui elles avaient été inventées, et comment elles devaient se faire.

(Au sujet) des échelles et des plates-formes, et de ces choses dont les dispositions sont plus élémentaires : je n'ai pas considéré comme nécessaire d'écrire. Ces choses, d'ailleurs, c'est par eux-mêmes que les soldats ont coutume de les faire.

Et ces choses mêmes (que j'ai décrites) ne peuvent pas être utiles en tous lieux ni avec des dispositions uniformes : car il y a différences entre les défenses et les défenses, et entre les courages des nations :

Autrement en effet doivent être organisées les combinaisons de machines contre les audacieux et téméraires, autrement contre les prudents, autrement contre les timides.

Et ainsi, si quelqu'un veut faire attention aux dispositions qui ont été ci-dessus décrites : faisant dans leur variété un choix en vue d'une application spéciale, il ne manquera pas de ressources ; mais, d'après les circonstances et les lieux, il pourra sans hésitation pourvoir à tout ce dont il sera besoin.

4 De repugnatoriis vero, non est scriptis explicandum :

Non enim ad nostra scripta hostes comparant res oppugnatorias; sed machinationes eorum, ex tempore, sollerti consiliorum celeritate : sine machinis saepius evertuntur.

Quod etiam Rhodiensibus memoratur usu venisse :

5 Diogne[tus] enim fuerat Rhodius architectus; et ei de publico quotannis certa merces, pro artis dignitate, tribuebatur ad honorem.

6 Eo tempore, quidam architectus, nomine Callias, Rhodum cum venisset, acroasin fecit; exempla[r]que contulit muri; et supra id, machinam in carchesio versatili constituit : qu[a] hellep[ol]im ad moenia accedentem, corripuit et transtulit intra murum.

Hoc exemplar Rhodii cum vidissent : admirati, ademerunt Diog[neto] quod fuerat quotannis ei constitutum, [et] eum honorem ad Calliam transtulerunt.

7 Interea rex Demetrius, qui propter animi pertinaciam, Poliorcetes est appellatus, contra Rhodum bellum comparando, Epimachum, Atheniensem nobilem architectum, secum duxit.

8 Is autem comparavit helepolim sumptibus inmanibus, industria laboreque summo :

Quant aux choses de la défense, il n'y a pas lieu d'en traiter par des écrits :

En effet, ce n'est pas d'après nos écrits que les ennemis organisent les choses de l'attaque; mais, avec de l'à-propos et une habile promptitude de décision, bien souvent leurs combinaisons de machines peuvent sans machines être bouleversées.

Tel fut en particulier, dit-on, le cas des Rhodiens :

Or Diognète était architecte Rhodien; et chaque année on lui allouait, sur le trésor public, à titre d'honoraires, un traitement fixe en rapport avec la dignité de son art.

En ce temps, un certain architecte, du nom de Callias, étant venu à Rhodes, fit une conférence où il présenta un modèle de rempart et, sur ce (modèle), il installa une machine à palier de rotation, au moyen de laquelle il saisit une hélépole en marche vers la place et la transporta de l'autre côté du rempart.

Lorsqu'ils eurent vu ce modèle : dans leur admiration les Rhodiens enlevèrent à Diognète son allocation annuelle et transportèrent ces honoraires à Callias.

Cependant le roi Démétrius qui, à raison de la ténacité de son caractère a été appelé Poliorcète, organisant une guerre contre Rhodes, emmena avec lui Épimaque, illustre architecte athénien.

Or celui-ci organisa, à frais énormes et avec beaucoup de travail et d'ingéniosité, une Hélépole.

Cujus altitudo fuerat Pedum C[X]XXV<sup>1</sup>;

Latitudo : Pedum LX<sup>2</sup>

9 Eam, ciliciis et coriis crudis confirmavit; ut posset pati plagam lapidis, ballista immissi, pondo CCCLX.

Ipsa autem machina fuerat milia pondo CCCLX.

10 Cum autem Callias rogaretur a Rhodiis [ut], contra eam helepolim, machinam pararet, [e]t illam — uti pollicitus erat — transferret intra murum : negavit posse.

11 Non enim omnia eisdem rationibus agi possunt;

12 Sed sunt :

Ali[a] : quae, exemplaribus non magnis similiter, magna facta, habent effectus ;

13 Alia autem : Exemplaria non possunt habere ; sed, per se, constituuntur.

14 Nonnulla vero sunt, quae :

In exemplaribus videntur veri similia ; cum autem crescere coeperunt : dilabuntur.

Ut etiam possimus hic animadvertere :

15 Terebratur terebra foramen semidigitale, digitale, sesquidigitale :

Si, eadem ratione, voluerimus pal-

Dont la hauteur était de 1[3]5 pieds.

La largeur : De 60 pieds ;

Et la garantit au moyen de tissus de poil et de peaux fraîches, de telle sorte qu'elle pût subir le choc d'une pierre d'un poids de 360 (livres) lancée par une baliste.

Et la machine elle-même était d'un poids de 360 mille (livres).

Or, lorsque Callias fut mis en demeure par les Rhodiens de préparer sa machine contre cette hélépole et — comme il en avait fait l'offre — de la transporter dans l'enceinte : il déclara la chose impossible.

En effet, toutes choses ne peuvent pas se traiter d'après les mêmes rapports ;

Mais il en est,

Qui, soit en modèles non grands, soit réalisées en grand, fonctionnent semblablement ;

D'autres, ne comportent pas de modèles (réduits), mais par elles-mêmes ont leur constitution ;

Il en est enfin qui,

Dans les modèles paraissent vraisemblables : mais qui, dès qu'on se met à les grandir, s'évanouissent.

Une comparaison pour qu'ici nous puissions nous faire comprendre.

A la tarière, on perce un trou d'un demi-doigt, d'un doigt, d'un doigt et demi :

Mais que, suivant le même rapport,

1. Éd. Rose. Cote de hauteur fournie par les manuscrits CXXV ; suivant Athénée : 90 coudées, soit C[X]XXV pieds.

2. Cote de largeur, suivant Ath. ; « H » coudées. D'après une remarque de M. Wescher, il suffit pour établir l'accord, de lire au lieu de H, « M » = 40 coudées = 60 pieds.

mare facere : non habet explicatio-  
nem ;

Semipedale, au[t] majus : Ne cogi-  
tandum quidem videtur omnino.

16 Sic item, in nonnullis exempla-  
ribus :

Quem ad modum in minimis fieri  
videntur, atque eodem modo : [non],  
in majoribus, [f]i[t] eodem modo<sup>1</sup>.

17 Rhodii, eadem ratione decepti, in-  
juriam cum contumelia Diogn[e]to  
fecer[a]nt.

Itaque : Postquam viderunt hostem  
pertinaciter infestum ; periculum ser-  
vitutis ; machinationem ad capiendam  
urbem comparatam ; vastitatem civi-  
tatis expectandam : Procubuerint  
Diogneto, rogantes ut auxiliaretur  
patriae.

Is, primo, negavit se facturum.

Posteaquam ingenuae virgines, et  
ephebi, cum sacerdotibus venerunt  
ad deprecandum : tunc est pollicitus ;  
his legibus, ut, Si eam machinam  
cepisset : sua esset.

His ita constitutis :

18 Qua machina accessura erat : Ea  
regione, murum pertrudit ; et jussit :

Omnes, publice et privatim, quod  
quisque habuisset aquae, stercoris,  
luti : Per eam fenestram, per canales  
progredientes, effundere ante murum.

nous voulions en faire un d'un palme :  
il n'y a pas moyen ;

(Un trou) d'un demi-pied ou davan-  
tage : il est clair qu'il n'y faut pas  
même songer :

De même aussi dans certains (petits)  
modèles :

La proportion et la mesure qui  
paraît convenir dans les petits, n'est  
pas la mesure d'après laquelle les  
choses se passent en grand.

Décus par ce calcul, les Rhodiens  
avaient fait à Diognète une injustice  
avec affront.

Aussi, lorsqu'ils eurent vu l'ennemi  
obstinément menaçant, le risque de la  
servitude, la machine toute prête à  
prendre la ville, la dévastation de sa  
population inévitable : ils se jetèrent  
aux pieds de Diognète, le priant de  
venir en aide à sa patrie.

Celui-ci, d'abord, déclara qu'il n'en  
ferait rien.

Ensuite, les jeunes filles de con-  
dition libre et les éphèbes étant venus  
avec les prêtres pour le supplier :  
alors il fit l'offre ; sous la condition  
que, s'il prenait la machine, elle fût  
sienne.

Ces choses ainsi convenues :

Là où la machine devait approcher :  
en cet endroit il fit une percée dans le  
mur. Et il donna l'ordre :

A tous, particuliers ou services pu-  
blics : De déverser en avant du mur,  
par cette trouée et par des canaux qui la  
prolongeaient, ce que chacun pouvait  
avoir d'eau, d'immondices ou de boue.

1. Sans corr. : « atque eodem modo in majoribus id eodem modo... ».



19 Cum ibi magna vis aquae, luti, stercoris, nocte profusa fuisset : Postero die, helepolis accedens, antequam adpropinquaret ad murum, in umido voragine f[r]acta consedit ; nec progredi nec [r]egredi postea potuit.

Itaque Demetrius, cum vidisset sapientia Diogneti se deceptum esse : cum classe sua discessit :

20 Tunc Rhodii, Diogneti sollertia liberati bello, publice gratias egerunt, honoribusque omnibus eum et ornamentis exornaverunt.

Diognetus, eam helepolim reduxit in urbem, et in publico conlocavit, et inscripsit : « Diognetus e manubiis id populo dedit munus ».

21 Ita, in repugnatoriis rebus : non tantum machinae sed, etiam maxime, consilia sunt comparanda.

22<sup>1</sup> Non minus, Chio :

Cum, supra naves, sambucarum machinas, hostes comparavissent :

Noctu, Chii terram, harenam, lapides pro[jec]erunt ante murum. Ita,

23 Illi, postero die, cum accedere vellent : Naves, supra aggerationem quae fuer[at] sub aqua, sederunt ; nec ad murum accedere, nec retrorsus se recipere potuerunt : sed ibi, malleolis confixae, incendio sunt conflagratae.

Après qu'une grande masse d'eau, de boue, d'immondices y eut été répandue de nuit : Le lendemain, l'hélépole continuant sa marche, avant d'être arrivée au mur, dans ce gouffre s'affaissa brisée, et ne put ensuite ni avancer ni reculer.

Et ainsi Démétrius, se voyant déjoué par la sagesse de Diognète, battit en retraite avec sa flotte.

Alors les Rhodiens, affranchis de la guerre par l'habileté de Diognète, lui rendirent officiellement des actions de grâces et lui prodiguèrent honneurs et traitements.

Diognète ramena cette hélépole dans la ville et l'installa sur une place publique, et y mit cette inscription : « Diognète a offert au peuple ce présent sur les dépouilles de l'ennemi. »

Ainsi, dans les choses de la défense, ce n'est pas seulement de machines qu'il faut se munir : mais aussi et surtout, de conseils.

De même, à Chio :

Comme, sur des vaisseaux, les ennemis avaient installé des machines de ponts-levis :

Pendant la nuit, les habitants de Chio jetèrent (dans la mer), en avant de leur mur, de la terre, du sable, des pierres :

Et, le lendemain, lorsque les vaisseaux voulurent approcher de ce (mur) : Ils talonnèrent sur l'amoncellement qui se trouvait sous l'eau ; et ne purent ni accéder au mur ni se retirer en arrière : mais, là, percés de traits

1. Chap. XXXII du manuscrit de Breslau.



24 Apollonia quoque :

Cum circum sederetur ; et, specus hostes fodiendo, cogitarent sine suspitione intra moenia penetrare; id autem a speculatoribus esset Apolloniatibus renuntiatum : Perturbati nuntio, propter timorem consiliis indigentes : animis deficiebant, quod neque tempus, neque certum locum scire poterant, quo emersum facturi fuissent hostes.

25 Tum vero, Trypho Alexandrinus ibi fuerat architectus.

[Is], intra murum, plures specus designavit; et, fodiendo terram, progrediebatur extra murum, dumtaxat extra sagittae missionem.

Et, in his omnibus, vasa aenea suspendit :

26 Ex his, in una fossura, quae contra hostium specus fuerat : Vasa pendencia, ad plagas ferramentorum sonare coeperunt.

Ita, ex eo, intellectum est qua regione adversarii, specus agentes, intra penetrare cogitabant.

27 Sic lin[e]atione cognita :

Temperavit aenea aquae ferventis, et picis, de superne contra capita hostium, et stercoreis humani, et harrenae coctae candentis. Dein :

28 Noctu pertudit crebra foramina ; et,

enflammés, ils furent dévorés par l'incendie.

Et aussi, Apollonie :

Comme elle était investie; et que l'ennemi, en creusant des galeries souterraines, comptait pénétrer à l'improviste dans la ville; et que cela avait été révélé par des éclaireurs aux Apolloniates : ceux-ci, affolés par la nouvelle, manquant de résolution par suite de leur crainte, défailaient dans leur courage, parce qu'ils ne pouvaient savoir ni à quel moment ni en quel lieu précis l'ennemi devait déboucher.

Or alors Tryphon d'Alexandrie, était là comme architecte.

A l'intérieur de l'enceinte, il traça plusieurs galeries souterraines; et fouillant la terre, il s'avancait hors de l'enceinte d'un peu plus que la portée d'une flèche.

Et, dans toutes ces (galeries), il suspendit des vases d'airain :

Parmi ces (vases), dans une fouille qui se trouvait en regard des galeries des ennemis, les vases suspendus se mirent à répondre par un son aux coups des outils de fer.

Ainsi, par là, on sut dans quelle région les adversaires, dirigeant leurs galeries, comptaient pénétrer à l'intérieur (de la ville).

L'alignement ainsi connu :

(Dans une galerie) en regard et au-dessus des têtes des ennemis, il approvisionna des chaudières d'eau bouillante et de poix, et de déjections humaines, et de sable calciné brûlant. Puis :

De nuit il creva des trous nom-

per ea repente perfundendo : qui in eo opere fuerunt hostes, omnes necavit.

29 Item, Massilia.

Cum oppugnaretur et, numero supra XXX, specu[s]<sup>1</sup> tum agerent[ur] :

Massilitani, suspicati :

50 Totam quae fuerat ante murum fossam, altiore fossura depresserunt :

Ita :

Specus omnes, exitus in fossam habuerunt :

51 Quibus autem locis fossa non poterat fieri :

Intra murum, Barathrum amplissima longitudine et latitudine, uti piscinam, fecerunt contra eum locum quae specus agebantur ; eamque, e puteis et portu, impleverunt.

Itaque :

52 Cum specus esset repente naribus apertis : Vehemens aquae vis inmissa, supplantavit fulturas ; quique intra fuerunt : et ab aquae multitudine, et ab ruina specus, omnes sunt oppressi.

Etiam :

53 Cum agger, ad murum contra eos compararetur ; et, arboribus excisis

breux ; et, versant (cela) brusquement par ces (trous) : les ennemis qui étaient dans cet ouvrage, il les fit tous périr.

De même, Massilia :

Comme elle était investie, et qu'alors des galeries souterraines au nombre de plus de 30 étaient dirigées (contre elle) ;

Les Massiliotes, s'en doutant :

Tout le fossé qui était en avant du mur, ils lui donnèrent par une fouille un surcroît de profondeur :

Et ainsi :

Toutes les galeries (de l'ennemi) se trouvèrent avoir issue dans le fossé (approfondi).

Quant aux endroits où un fossé ne pouvait se faire :

A l'intérieur de l'enceinte, en regard de l'endroit par où étaient dirigées les galeries (de l'ennemi) : Ils firent un gouffre de très ample longueur et largeur, comme une piscine, et le remplirent d'eau (provenant) des puits et du port ;

Et ainsi :

Lorsqu'une galerie se trouva à l'improviste être à narines ouvertes (sur ce gouffre) : Une violente masse d'eau s'y introduisant en arracha les blindages ; et tous ceux qui étaient à l'intérieur, furent écrasés par la masse de l'eau et par l'effondrement de la galerie.

De plus :

Comme une levée était dirigée contre eux vers le mur ; et que, par des ou-

1. Éd. Schneid. Sans corr. : « specula ».

eoque conlocatis, locus operibus exaggeraretur :

Ballistis, vectes ferreos candentes in id mittendo, Totam munitionem coegerunt conflagrare.

34 Testudo autem arietaria :

Cum, ad murum pulsandum, accessisset : Permiserunt laqueum ; et, eo ariete constricto : Per tympanum ergata[m] circumagentes, suspenso capite ejus, non passi sunt tangi murum.

Denique : Totam machinam, malleolis candentibus et ballistarum plagis dissipaverunt.

35 Ita, eae victoriae civitatum, non machinis sed contra machinarum rationem : architectorum sollertia, sunt liberatae.

36 Quas potui de machinis expedire rationes pacis bellicae temporibus, et utilissimas putavi : in hoc volumine perfeci.

In prioribus vero novem, de singulis generibus et partibus comparavi ; Uti totum corpus omnia architecturae membra, in decem voluminibus haberet explicata.

vrages (faits) de troncs d'arbres dressés, la place était dominée :

A l'aide de balistes, lançant vers cet (ouvrage) des barres de fer incandescentes : toute cette fortification, ils la forcèrent à brûler.

A son tour, une tortue bélière :

Comme elle était approchée pour battre le mur : Ils jetèrent un lacet ; et, le bélier une fois serré (par le lacet) : la tête de ce (bélier) étant soulevée à l'aide d'un treuil que faisait tourner une roue, ils mirent le mur à l'abri de ses atteintes.

Et ensuite, à traits enflammés et à coups de balistes, ils détruisirent la machine tout entière.

Ainsi, ce n'est pas par des machines, mais contre les machines, par l'habileté des architectes, que furent gagnées ces victoires libératrices des villes.

Au sujet des machines, les dispositions pour les temps de paix et de guerre que j'ai pu exposer et que j'ai considérées comme les plus utiles : je les ai développées dans ce volume.

Dans les neuf précédents j'ai traité un à un les (autres) sujets et leurs divisions ; de telle sorte que le corps entier de l'Architecture eût tous ses membres analysés dans les dix volumes.



# TEXTES ANNEXES

Handwritten text, possibly a signature or name, centered on the page.



## OPUSCULE DE FAVENTINUS

### ET PASSAGES DE PALLADIUS RELATIFS A L'ARCHITECTURE

Les règles de l'architecture appliquée aux constructions vulgaires se lisent, sous une forme à peine différente de celle que Vitruve leur a donnée, dans un opuscule de Faventinus, et dans les chapitres du traité d'agriculture de Palladius qui ont trait aux bâtiments ruraux : il nous a paru utile d'établir le parallèle des trois textes.

Pour faciliter la comparaison entre Palladius et Faventinus, nous plaçons en regard les uns des autres les passages de ces auteurs qui se correspondent ; et, pour aider aux rapprochements avec Vitruve, nous imprimons en caractères *italiques* ce qui n'a point son exact équivalent dans Vitruve.

Les membres de phrases ainsi mis en relief sont en petit nombre ; c'est dire que Palladius et Faventinus ajoutent peu aux enseignements de Vitruve : mais souvent ils présentent l'idée sous une forme moins obscure, qui tranche des difficultés d'interprétation.

Faventinus et Palladius dérivent-ils exclusivement de Vitruve ; ou faut-il faire dans leurs écrits une part aux sources mêmes où Vitruve a puisé ?

Nous pencherions en faveur de cette dernière hypothèse. Voici, croyons-nous, les raisons qui lui donnent au moins la vraisemblance :

Palladius date du iv<sup>e</sup> siècle et, si l'on en juge d'après le style, Faventinus n'est pas plus ancien. Ils écrivent à une époque où l'art des constructions romaines est pleinement constitué, et ne font aucune place, parmi les matériaux, aux briques cuites ; parmi les procédés, aux méthodes de la construction voûtée.

Des écrivains aussi étrangers aux progrès de l'architecture n'empruntent à leur propre fonds rien d'essentiel : ils copient quelque document

qui contient des détails étrangers à Vitruve. De légères divergences paraissent indiquer que les deux copies ne sont pas faites l'une sur l'autre ; et le parallélisme qu'elles présentent montre qu'elles serrent de près le texte qu'elles résument. Apparemment elles nous rendent, dans un latin rajeuni, mais sous une forme très voisine de la rédaction originelle, les fragments d'un de ces vieux traités que Vitruve interprète d'une façon plus libre. Les textes de Faventinus ou de Palladius sont d'un compilateur ; ceux de Vitruve, d'un architecte.

M. CETI FAVENTINI  
ARTIS ARCHITECTONICAE PRIVATIS USIBUS ABBREVIATUS LIBER

De artis architectonicae peritia, multa oratione Vitruvius, Polio<sup>2</sup> alique auctores scientissime scripsere. Verum, ne longa eorum disertaque facundia humilioribus ingeniis alienum faceret studium : pauca ex his, mediocri licet sermone, privatis usibus ordinare fuit consilium.

Quae partes itaque coeli et regiones ventorum salubres aedificiis videantur; et qua subtilitate nocivi flatus avertantur, aditusque januarum et lumina fenestris utiliter tribuantur; quibusve mensuris aedificiorum membra disponantur; quibus signis tenuis abundansque aqua inveniatur; alia etiam quae aedificandi gracia scire oportet, brevi succinctaque narratione cognosces.

I

DE PRINCIPIIS ARTIS ARCHITECTONICAE. — *Vitr.* I, II.

Primo ergo, quæ principia ad architecturam pertinere debeant, studiose attendere convenit. Omnia enim pulchro decore ac venusta utilitate fieri poterunt si, ante, hujus artis peritus ordo discatur.

Nam architecturae partes sunt *octo*, quae sunt :

Ordinatio, dispositio, venustas, mensura, distributio, aedificatio, conlocatio, machinatio.

Ex his, Graeci *quinque* vocabulis studium architecturae esse docuerunt. Nam : Ordinationem, τάξιν; dispositionem, διάθεσιν; venustatem et decorem, εὐρυθμίαν; modulorum mensuras, συμμετρίαν; dispositionem, οἰκονομίαν appellaverunt.

Ordinatio est ergo membrorum dispositio; et constat ex quantitate, quam Graeci ποσότητα vocant :

Quantitas est : modus singulorum membrorum universo respondens operi;

Dispositio est : apta rebus conclavium institutio; et operis futuri forma, tribus figuris divisa, quae a Graecis ἰδέα appellatur.

Haec sunt ergo tres figurae : Ichnographia, orthographia, scenographia :

Ichnographia est : areae vel soli et fundamentorum descriptio;

Orthographia est : laterum et altitudinis extractio;

Scenographia est : frontis et totius operis per picturam ostensio.

1. Les principaux mss. de cet opusculé appartiennent aux bibliothèques de Wolfenbüttele, Paris et Valenciennes : M. Rose les rapporte au x<sup>e</sup> siècle. Le titre, longtemps flottant, a été fixé par J. Haupt.

2. Nous risquons, entre les mots *Vitruvius* et *Polio*, l'interposition d'une virgule : « Vitruvius, Polio et autres auteurs.... » Dans cet ordre d'idées, Polio se présenterait comme un personnage distinct, auteur d'un traité parallèle à celui de Vitruve.

## II

DE VENTIS. — *Vitr.* I, XI.

Ferunt quidam philosophum Eratosthenen, mathematicis rationibus et geometricis methodis, [solsti]tiali<sup>1</sup> tempore per gnomonicas umbras, orbis terrae spatia esse metitum; et sic certos ventorum didicisse flatus:

Tenere ergo orientem aequinoctialem, [Subsolanum; meridiem: Austrum; occidentem], Favonium; [septentriones], Septentrionem<sup>2</sup>.

Inter ceteros tamen, *Androgeus Cyrenensis*, cum octo ventis orbem terrae regi adseverasset: exempli causa, Athenis turrim marmoream octagonam instituit, in qua imagines ventorum sculptas contra suos cujusque flatus ordinavit; supraque ipsam turrim, metam marmoream posuit, et Tritonem aeneum conlocavit; et ita est modulatus ut, cum ventus aliquis adspirasset, quodam momento in gyro ageretur, et supra caput ejus resisteret et, dextera manu virgam tenens, ipsum esse flantem monstraret.

Itaque, esse, inter subsolanum et austrum, ad orientem hibernum, Eurum; inter austrum et favonium, ad occidentem hibernum, Africum; inter favonium et septentrionem Chaurum, quem quidem Corum vocant; inter septentrionem et subsolanum, Aquilonem. Hoc modo et nomina et partes et numeros ventorum scire coeptum est.

Sed plerique *duodecim ventos*<sup>3</sup> esse adseverant; ut ut, in urbe Roma, Triton aeneus cum totidem thoracibus ventorum: factus ad exempli *Androgei Cyrenensis* similitudinem, supra caput venti virgam tenens, eundem esse flantem ostendit.

Observabis ergo ne januas aut fenestras contra nocivos flatus facias: nocivi enim sunt flatus ubi, aut nimis incumbunt, aut acerrima frigora faciunt, ut et homines et animalia laedent. *Frigorosis ergo regionibus, a meridie aut ab occasu hiberno januas et fenestras facies; aestuosis vero: a borea et septentrione fieri ordinabis.*

## III

DE AQUAE INVENTIONE. — *Vitr.* VIII, I.

Quoniam usibus omnium maxime necessariae aquae videntur: primo, quae genera terrae tenues aut abundantes venas emittant; quibus etiam signis altius depressae inveniantur; quomodo ex fontibus vel puteis ducantur; quae nocivos aut salubres habeant liquores, studiose scire oportet.

*Palladius IX, 8.* — Si deerit aqua, eam quaerere ac vestigare debetis. Quam taliter poteris invenire:

1. Les mss. portent « aequinoctiali »: Voir à l'appui de la correction, tome I, p. 545. L'erreur — s'il y a erreur — remonterait à la source commune où Vitruve et Faventinus paraissent avoir puisé.

2. Lacunes comblées d'après le paragr. suivant: correct. de Marini.

3. Chiffre non admis par Vitr.

Aquae ergo fontanae, aut sponte profluunt, aut saepe de puteis abundant. Quibus tales copiae non erunt : signis infra scriptis quaerenda sunt sub terra capita aquarum et, proxima fontibus, altiora puteis colligenda :

Ante solis itaque ortum, in locis quibus aqua quaeritur, aequaliter in terra procumbatur et, mento deposito, per ea prospiciatur ;

Mox videbis, in quibuscumque locis aqua lateat, umores in aëra supra terram crispantes et in modum tenuis nebulae rorem spargentes : quod in siccis et aridis locis fieri non potest.

Quaerentibus ergo aquam, diligenter erit considerandum quales terrae sint ; certa enim genera sunt in quibus aut abundans aut tenuis aqua nascatur :

In creta : tenuis et exilis, nec optimi saporis invenitur ;

In sabulone soluto : tenuis, limosa et insuavis, altioribus locis mersa ;

In terra nigra : stillarum umores exiles, magis ex hibernis liquoribus collecti, saporis optimi, spissis et solidis locis subsidentes ;

Glareae vero : mediocres et incertas venas habent, sed egregia suavitate ;

In sabulone masculino, et harena, et carbunculo : certiores et salubriores et abundantiores sunt copiae aquarum ;

In rubro saxo : et copiosae et bonae inveniuntur ; sed providendum erit ne inter rimas saxorum — quoniam suspensae sunt — decurrant.

Sub radicibus montium et in saxis silicibus : uberiores et salubriores et frigidiores aquae inveniuntur ;

Campestribus autem fontibus : salsae et graves et tepidae et non suaves erunt. Sed, si sapor bonus invenietur : scito, eas de montibus sub terra venire in medios campos ; ibique, umbris arborum contactae, praestabunt montanorum fontium suavitatem.

Signa autem investigandae aquae alia hujusmodi invenientur : Tenuis juncus, salix erratica, alnus, vitex, harundo, hedera, alia quoque quae sine umore

*Pallad.* — Ante ortum solis, iis locis quibus aqua quaerenda est : aequalitater pronus, mento ad solum depresso, jacens in terra, spectabis Orientem ; et,

In quo loco crispum subtili nebula aërem surgere videbis, et velut rorem spargere : signo aliquo vicinae stirpis aut arboris praenotabis ; nam constat, siccis locis ubi hoc fiet, aquam latere.

Sed terrarum genus considerabis ; ut possis, vel de tenuitate, vel de abundantia judicare :

Creta : tenues nec optimi saporis venas creabit ;

Sabulo solutus : exiles, insuaves, limosas, et spatio altiore submersas ;

Nigra terra : humores et stillicidia non magna, ex hibernis imbribus et liquore collecta, sed saporis egregii ;

Glarea : mediocres et incertas venas, sed suavitate praecipuas ;

Sabulo masculus, et arena, et carbunculus : certas et ubertate copiosas ;

In saxo rubro : bonae et abundantes sunt ; sed providendum est ne, inventae, inter rimas refugiant et per intervalla dilabantur.

Sub radicibus montium et in saxis silicibus : uberes, frigidae, salubres ;

Locis campestribus : salsae, graves, tepidae, insuaves. Quarum sapor si optimus fuerit : noveris, eas sub terris exordium de monte sumsisse ; sed, in mediis campis, montanorum fontium suavitatem consequentur si umbrantibus tegantur arbustis.

Sunt et haec signa vestigandae aquae, quibus tunc credimus si neque lacuna est, neque aliquis ibi ex consuetudine humor insidet aut praeterit : Juncus tenuis, salix

nasci non possunt. Quoniam autem in lacunis similia nascuntur, facile his credendum non est; itaque sic inventiones aquae probabis :

Fodiatur ergo ubi haec signa fuerint inventa, ne minus in latitudinem pedes III; in altitudinem, pedes V. Et, circa solis occasum : vas plumbeum aut aeneum mundum, intrinsecus perunctum oleo, in imam fossuram inversum conlocetur; superque fossuram, frondibus vel harundinibus missis, terra inducatur. Item, alia die aperiatur : et, si sudores aut stillae in vase inveniuntur, is locus sine dubitatione aquam habebit.

Item, si vas ex creta siccum, non coctum, eadem ratione positum et opertum fuerit : si is locus aquam habebit, alio die vas humore solutum inveniatur.

Vellus lanae, similiter in eo loco positum : si tantum umoris collegerit ut, alia die, exprimi possit, magnam copiam aquae locum habere significat.

Lucerna plena oleo, incensa : si, in eodem loco similiter adoperta, in alia die *lucens* fuerit inventa, indicabit eum locum aquam habere; propterea, quod omnis calor ad se trahit umorem.

Item, in eodem loco si focum feceris, et vaporata terra umidum nebulosumque fumum suscitaverit : ostendit locum aquam habere.

Cum haec ita fuerint reperta certis signis : in altitudinem putei defodiendi erunt, quousque caput aquae inveniatur; aut, si plura fuerint, in unum colligantur.

Maxime tamen sub radicibus montium, in regione septentrionali, signa aquae sunt quaerenda : in his enim locis suaves et salubres et abundantiores inveniuntur; quoniam, naturae beneficio, a solis cursu separantur et, arborum aut montium umbris velatae, frigida gratia aestate, hiberno, tepida suavitate profluent.

silvatica, alnus, vitex, arundo, edera, ceteraque si qua humore gignuntur.

Locus ergo ubi supra dicta signa reperis, fodiatur latitudine pedibus tribus; altitudine, pedibus quinque. Et, proxime solis occasum : mundum vas ibi aeneum vel plumbeum, interius unctum, inversum ponatur in solo ipsius fossionis. Tunc, supra fossa[e] labra, crate facta de virgis ac frondibus, additaque terra, spatium omne operiatur. Sequenti die aperto loco : si in eodem vase sudores intrinsecus inveniuntur aut stillae, aquam ibi esse non dubites.

Item, si vas figuli siccum, neque coctum, eadem ratione ponatur ac similiter operiatur : altero die, si aquarum vena est in praesenti, vas concepto humore solvetur.

Item, vellus lanae, aequè positum vel coopertum : si tantum colligit humoris ut, altera die, fundat expressum, copias inesse testatibur.

Item, lucerna oleo plena, et accensa : si ibi similiter tecta ponatur, et secuto die inveniatur *extincta*, *superantibus alimentis*<sup>1</sup> aquae idem locus habebit,

Item, si in eo loco focum feceris, et terra vaporata humidum fumum nebulosumque ructaverit : aquas inesse cognosces.

His itaque repertis, certa signorum firmante notitia : puteum fodies, et aquae caput requires; vel, si plura sunt, in unum colliges.

Tamen, maxime sub radicibus montium, in septentrionali parte quaerendae sunt aquae : quia, in his locis, magis abundant utilioresque nascuntur.

1. Désaccord entre Pallad. et Favent. ou Vitruve : Probablement Pallad. a raison.



## IV

DE PUTEORUM FOSSIONIBUS ET STRUCTURIS. — *Vitr.* VIII, VII.

In puteorum autem fossionibus, diligenter est cavendum, ne fodientibus periculum fiat; quoniam ex terra sulphur, alumen et bitumen nascitur :

Quae res, cum in se convenerint, pestiferos spiritus emittunt; et, primo occupatis naribus, tetro odore reprimunt animas corporibus: et si non inde cito fugerint, celerius moriuntur.

Hoc autem malum, ubicumque fuerit, hac ratione vitabis :

Lucerna accensa in eo loco demittatur. Quae si ardens remanserit, sine periculo descendes; quod si ereptum ei lumen fuerit, cavendum erit ne in eo loco descendatur.

Sed si alio loco aqua non invenietur: Dextra ac sinistra, usque ad libramentum aquae, putei fodiantur et, per structuram, foramina quasi nares in puteum demittantur, qua nocivus spiritus evaporet.

Sed, cum aqua inventa fuerit, signinis operibus parietes struantur, ita ne venarum capita excludantur.

In signinis autem operibus, haec servare debebis: Primo, ut harena aspera paretur, et caementum de silice *vel lapide tofico*; calcisque proxime extinctae duae partes ad quinque harenae mortario misceantur.

Puteum ergo fodere debebis *latum pedibus octo; ut a binis pedibus structura in circuitu surgat, et quattuor cavo relinquat.*

Structuram vero cum facere coeperis: vectibus ligneis densabis, ut nitorem frontis non laedas; sic enim solidata, structura adversus umorem fortior erit.

Quod si limosa aqua fuerit, salem ei miscebis: et sua virtute sapes mutabit.

Sed, *licet auctores ad quinque partes harenae duas partes calcis mitti docuerint*, isdem mensuris et redivivas expensas

*Pallad.* IX, 9. — Sed, in fodiendis puteis, cavendum est fossorum periculum; quoniam plerumque terra sulfur, alumen, bitumen educit :

Quorum spiritus mixti anhelitum pestis exhalant; et, occupatis statim naribus, extorquent animas, nisi quis fugae sibi velocitate succurrat.

Prius ergo quam descendatur ad intima, in eis locis lucernam ponis accensam. Quae si extincta non fuerit, periculum non timebis; si vero exstinguetur: cavendus est locus, quem spiritus mortifer occupabit.

Quod si alio loco aqua non potest inveniri: Dextera laevaue, puteos fodiemus usque ad aquae ipsius libramentum; et, ab his, foramina hinc inde patefacta, velut nares intus agemus, qua nocivus spiritus evaporet.

Quo facto, latera puteorum structura suscipiat.

*Pall.* — Fodiendus est autem puteus *latitudine octo pedum* quoquoersum: ut *binos pedes* structura concludat :

Quae structura vectibus ligneis subinde densetur; et structa sit *lapide tofaico*, vel silice.

Si aqua limosa fuerit: salis admixtione corrigatur.



fieri monstraverint : *melius tamen inventum est, ut ad duas harenae una calcis misceatur; quo pinguior inpensa fortius caementa ligaret. Similiter et in testaceis operibus facies.*

Puteum autem cum fodere coeperis : *Si terra solida non fuerit, aut harena rubrica, aut sabulo fluidus, aut exsudans umor fassionem resolvat : tabulas axium directas fodiendo submittes, et eas vectibus ligneis transversis distinebis, ne labens terra ruina ponderis periculum fodientibus faciat.*

*Pall.* — Sed, dum foditur puteus : *Si terra non stabit vitio generis dissoluti, aut humore laxabitur : tabulas obicies directas undique, et eas vectibus sustinebis, ne fodientes ruina concludat.*

## V

DE UTILITATE AQUAE PROBANDA. — *Vitr.* VIII, IV.

Quoniam ergo ante omnia aquae usus necessarius habetur, his experimentis utilitas ejus erit probanda :

Itaque, si naturaliter fontes profluent : considerandum erit prius quales homines et quam salubri corpore circa eos fontes habitent. Itaque, si corporibus valentibus, cruribus non vitiosis, coloribus nitidis, non lippientibus oculis : purgatos salubresque fontes probabis.

Quod si novi fontes aut putei fossi fuerint :

Aquam eximes, in vas aeneum nitidum sparges : et, si maculam non fecerit, optime probabilis erit.

Missa etiam in vase aeneo nitido : si decocta fuerit, et limum vel harenam in fundo non reliquerit; legumen in ea si cito coquatur : bona erit.

Non minus, si perlucidi fontes fuerint et sine musco aut quibusdam inquinamentis : [his signis mun]itam<sup>1</sup>, salubrem perpetuamque aquam futuram significabit.

*Pall.* — Aquam vero novam sic probabis :

In vase aeneo nitido spargis : et, si maculam non fecerit, probabilis judicetur.

Item, decocta aeneo vasculo : si arenam vel limum non reliquit in fundo, utilis erit. Item, si legumina cito valebit excoquere;

Vel si colore perlucido, carens musco, et omni labe pollutionis aliena.

Sed qui in alto sunt putei, perforatis usque ad infimam partem terris ad loca inferiora : possunt vice fontis exire, si vallis subjectae natura permittat.

1. Édit. Rose, sans corr. : « ignem monitam ».

## VI

DE AQUAE INDUCTIONE. — *Vitr.* VIII, VI.

Ductus autem aquae *quattuor* generibus fiunt : aut forma structili, aut fistulis plumbeis, *aut tubis vel canalibus ligneis*, aut tubis fictilibus.

Si per formam aqua ducetur :

Structura ejus diligenter solidari debet, ne per rimas pereat ;

Canaliculus formae, juxta magnitudinem aquae dirigatur.

Si planus locus fuerit, infra caput aquae structura conlocetur ; et,

Si longior planitia fuerit :

*Pede semis<sup>1</sup> inter centenos vel LX* pedes structura submittatur, ut animata aqua non pigro impetu decurrat.

Nam si intervalla montium fuerint : ad libramentum capitis aquae, specus sub terra erit structura, *aut roboreis canalibus* aquae ductus componatur.

Quod si concavae vallium demissiones impediunt : structura solida *vel arcuatili* ad libramentum aquae occurratur ; aut fistulis plumbeis aut canalibus librae cursus dirigatur.

Verum, si altior locus fuerit unde aqua ducitur : aliquanto inferius planitia *inflexa* libretur, ut veniens aqua fracto impetu lenius decurrat<sup>2</sup> ;

*Aut, si longius de monte ducitur : saepius flexuosas planities facies.*

Minori etiam sumptu et utilius, tubis fictilibus inducitur :

Cum a figulo fient, ne minus duorum

*Pallad.* IX, 11. — Cum vero ducenda est aqua, ducitur aut forma structili, aut plumbeis fistulis, *aut canalibus ligneis*, aut fictilibus tubis.

Si per formam ducetur :

Solidandus est canalis, ne per rimas aqua possit elabi ;

Cujus magnitudo, pro aquae mensura facienda est.

Si per planum veniet :

Inter *sexagenos vel centenos* pedes sensim reclinetur structura *in sesquipedem<sup>6</sup>*, ut vim possit habere currendi.

Si quis mons interjectus occurrerit : aut per latera ejus aquam ducemus obliquam, aut ad aquae caput per speluncas librabimus, per quarum structuram perveniat :

Sed si se vallis interferat : erectas *pilas vel arcus* usque ad aquae justa vestigia construemus ; aut, plumbeis fistulis clausam, dejici patiemur et, explicata valle consurgere.

*Pallad.* — Sed, quod est salubrius et utilius, fictilibus tubis cum ducitur :

Duobus digitis crassi, et ex una parte

1. Concordance entre les chiffres de Favent. et de Pallad. ; désaccord avec celui de Vitr. C'est très probablement Pline qui nous a transmis le vrai chiffre : Voir tome I, p. 255.

2. Ce passage paraît l'équivalent de la notice que Vitruve consacre aux « ventres » (VIII, vi, 30, 31 ; cf. tome I, p. 257) : Les « inflexions » seraient des raccords en courbe, substitués aux coudes pour amortir les effets de choc. Faventinus paraît assigner à ces adoucissements le rôle que Vitruve prête aux « collivaria ». Si, dans Vitruve, on lit coll[en]iaria au lieu de « collivaria », l'accord qui règne entre les idées s'établit entre les mots : Grâce à ces collivaria, l'eau « leniter decurrit ».

digitorum grossitudine corium habeant. Sed ipsi tubuli ex una parte angustiores fiant : ut alter in alterum, per ordinem, *ad palmum* ingrediatur.

Juncturae autem eorum calce viva oleo subacta inliniantur.

Et, antequam a capite aqua demittatur : favilla per eos cum parvo liquore laxetur ut, si qua vitia tubuli habuerint, excludantur.

Salubrior etiam multo tubulorum materia invenitur : ex plumbo enim cerussa nascitur, quae corporibus humanis nociva est.

Exemplum autem hujus, plumbariorum deformitas probat : qui, tractando plumbum, exsucati sanguine, foedo pallore mutantur. Nam, cum fere omnes structas vasorum argenteorum vel aeneorum habeant mensas : tamen, propter saporis integritatem, fictilibus vasculis utuntur.

Non alienum videtur etiam conceptacula locis oportunis facere ; ut, si aquae exhaustae solis ardoribus fuerint, aut venas sitiens terra consumpserit : nihilominus, de receptaculis aqua ministretur.

*Canalium vero et tubulorum ligneorum* facilis et usitata aquae inductio videtur.

reddantur angusti : ut, *palmi spatium*, unus in alterum possit intrare.

Quas juncturas viva calce oleo subacta debemus illinire.

Sed, antequam in iis aquae cursus admittatur : favilla per eos mixta exiguo liquore decurrat, ut glutinare possit — si qua sunt — vitia tuborum.

Ultima ratio est, plumbeis fistulis ducere : quae aquas noxias reddunt ; nam cerussa plumbo creatur attrito, quae corporibus nocet humanis.

*Pallad.* — Diligentis erit, aquarum receptacula fabricari : ut copiam vel inops vena procuret.

## VII

DE MENSURIS ET PONDERE FISTULARUM. — *Vitr.* VIII, vi.

Fistulae ergo plumbeae, pro magnitudine aquae, hanc soliditatem et mensuram accipere debent :

Si centenariae fundentur denum pedum : [M] et CC libras<sup>1</sup> fusurae accipiant ;

Octogenariae denum pedum : DCCCCLX libras accipiant ;

Quinquagenariae denum pedum : DC libras accipiant ;

Quadrigenariae denum pedum : [CCCC LXXX] libras<sup>2</sup> ;

Tricenariae denum pedum : [C]CCL[X] libras<sup>3</sup> ;

*Pallad.* IX 12 (Cf. *Plin.*, XXXI, 31). — Mensura vero fistularum plumbo servetur hujusmodi ;

Centenaria X pedum : mille ducentas libras habeat ;

Octogenaria : noningentas LX ;

Quinquagenariae similiter X ; pondo sexcenta ;

Quadrigenaria : pondo quadringenta LXXX ;

Tricenaria : pondo trecenta sexaginta ;

1. Sans corr. : « CC et CC. »

2. Sans corr. : DC.

3. Sans corr. : CCL.

Vicenariae X pedum : CCXL libras ;  
 Octonariae : C libras<sup>1</sup>.

Vicenaria : pondo ducenta XL ;  
 Octonaria : pondo *nonaginta sex*<sup>2</sup>.

## VIII

DE HARENAE NATURA PROBANDA. *Vitr.* II, IV.

Harenae fossiciae genera sunt *tria* :  
 nigra, alba, carbunculus.

Ex his, quae manu comprehensa stridorem fecerit, optima et purgata erit;

Quae autem terrosa fuerit, eamque in vestimentum candidum si miseris et effusa nihil sordis reliquerit : idonea erit.

Si vero non fuerit unde harenae fodiantur : tunc, de fluminibus aut de glareis excernenda erit, aut de litore marino.

Sed marina harena in structuris hoc vitium habet : tarde siccescit. Unde onerari se continenter non patitur : nisi intermissionibus requievit opus, pondere gravata structura rumpetur;

Cameris etiam salsum umorem remittendo, tectorium opus saepe resolvit :

Fossiciae vero celeriter siccescunt, et tectoria non laedunt, et concamerationes utiliter obligant ;

Sed fossiciae recentes statim in structuras mitti debent, fortius enim comprehendunt caementa : nam si sub sole diutius fuerint, aut imbribus pruiniisque solutae, et terrosae et evanidae fiunt.

Fossiciae itaque, cum recentes sunt, tectorio operi propter pinguedinem non conveniunt :

Fluviaticae autem, propter macritatem, signino operi incongruentes sunt ;

Sed, [li]aculorum subactionibus, in tectorio opere recipiunt soliditatem.

*Pallad.* I, 10. — ... Arenae ergo fossiciae genera sunt *tria* : nigra, cana, rufa.

Omnium praecipue rufa melior. Meriti sequentis est cana. Tertium locum nigra possidet.

Ex iis, quae compressa manu edit stridores, erit utilis fabricanti ;

Item si, panno vel linteo candidae vestis inspersa et excussa, nihil maculae reliquerit aut sordis : egregia est.

Sed si fossilis arena non fuerit : de fluminibus, glareis aut litore colligetur.

Marina arena tardius siccatur. Et ideo non continue, sed intermissis temporibus, construenda est : ne opus, onerata, corrumpat ;

Camerarum quoque tectoria salso humore dissolvit :

Nam fossiles arenae caementitiis parietibus et cameris celeri siccitate utiles sunt ;

Melioresque si, statim cum effossae sunt, calci misceantur : nam diutino sole, aut pruina, aut imbre vanescunt :

*Pallad.* — Fluviatiles, tectoriis magis poterunt convenire.

1. Ici quelques copistes ont inséré une digression sur la fabrication et l'échantillonnage des tuyaux d'orgue (voir l'édit. Poleni et Stratico).

2. Chiffre exact, que *Vitr.*, Favent. et Plinie arrondissent à 100.

In caementicias autem structuras, pura harena mittatur.

Sed, si uti necesse sit *maris arena* : erit commodum; prius, eam lacuna humoris dulcis immergi; ut vitium salis, aquis suavibus elota, deponat.

## IX

DE UTILITATE CALCIS PROBANDA. — *Vitr.* II, v.

Calx itaque de albo saxo *vel tiburtino, aut columbino fluviatili* coquatur; *aut rubro, aut spongia.*

Quae enim erit ex spisso et duro saxo; utiliter structuris conveniet;

Quae autem ex fistuloso aut exiliori lapide fuerit, conveniet operi tectorio

In commixtione : ad duas partes harenae, una calcis mittatur;

In fluviatili autem harena : si tertiam partem testae cretae addideris, miram soliditatem operis praestabit.

*Pallad.* — Calcem quoque albo saxo duro, *vel tiburtino, aut columbino fluviatili* coquemus, *aut rubro, aut spongia, aut marmore postremo.*

Quae erit ex spisso et duro saxo, structuris conveniet;

Ex fistuloso vero aut molliori lapide, tectoriis adhibetur utilius.

In duabus arenae partibus, calcis una miscenda est;

In fluviatili vero arena; si tertiam partem testae addideris, operum soliditas mira praestabitur.

## X

DE LATERIBUS FACIENDIS. — *Vitr.* II, III.

Faciendi autem lateres sunt ex terra alba, vel creta, vel rubrica, aut sabulone masculo :

Haec genera terrae, propter levitatem, fortiora sunt operi; cetera genera, quoniam aut gravia sunt, *aut paleas non continent*; aut, umore sparsa, cito solvuntur : propterea, fabricis inutilia videntur.

*Pallad.* VI, 12. — (*Maio*) mense, lateres faciendi sunt ex terra alba, vel creta, vel rubrica. Nam quae aestate fiunt, celeritate fervoris in summa cute siccescunt, interius humore servato : quae res scissuris eos faciet aperiri.

*Fiunt autem sic : Terra, creta diligenter et omni asperitate purgata, mixta cum paleis diu macerabitur; et intra formam lateri similem deprimetur. Tunc, ad siccandum relicta, subinde versabitur ad solis aspectum.*

Ducendi autem sunt lateres verno tempore, ut ex lento siccescant. Qui enim solstitiali tempore parantur, vitiosi fiunt : quoniam calor solis torridus corium in summo cito desiccat; et, quasi integri videntur : postea umor, interius dum siccatur, contrahit frontes et scissuris dividit, et inutiles operi lateres facit.

Maxime tamen *tectorio operi* inutiles erunt<sup>1</sup>, si ante biennium inducantur : non enim possunt ante penitus siccari.

Fiunt autem laterum genera tria :

Unum, quod graece Lydium appellatur, longum sesquipedem, latum pedem; quo nostri utuntur.

*Pallad.* — Sint vero lateres longitudine pedum *duorum*<sup>2</sup>, latitudine unius, *altitudine quatuor unciarum*.

Sunt et alia duo laterum genera :

unum, πεντάδωρον; et alterum, τετράδωρον. Δῶρον autem Graeci palmum appellant : itaque artifices quinque palmorum publica opera extruere consuerunt, et IIII privatorum.

Fieri debent et semilateria, remissas quae laterum juncturas interposita reparent : ita enim fiet ut, cum alter alterius protegit conjunctionem, firma structurae soliditas surgat.

## XI

DE PARIETIBUS LATERICIIS TECTORIO OPERI PARANDIS. — *Vitr.* II, VI.

Latericii parietes tribus inductionibus prius solidentur, ut opus tectorium sine vitio accipiant; nam, si recentes structurae et inductiones fuerint et non ante siccaverint : cum aescere coeperint, scissuris venustatem operis corrumpent.

*Pallad.* I, 11. — Providendum est, ut siccis et asperatis parietibus latericiis inducatur tectorium : quod humidis ac levibus adhaerere non poterit; et ideo : tertio eos prius debetis obducere, ut tectorium sine corruptione suscipiant.

In Urbe autem, propter multitudinem hominum, parietes caementicii altius struuntur, ne latius soli magnitudinem occupent : merito ergo latericiam habere non potuit, ne, pondere cito corrupta, fabrica laberetur.

Latericiis ergo parietibus vitia quae solent accidere ne fiant, hoc modo erit providendum : In summitate parietum, structura testacea cum prominentibus coronis altitudine sesquipedali extruatur; ut, si corruptae tegulae aut imbrices erunt, parietes tamen solidi permaneant.

*Pallad.* I, 11. — Quod si latericios parietes in praetorio facere volueris, illud servare debetis, ut, perfectis parietibus : in summitate quae trabibus subjacebit, structura testacea cum coronis prominentibus fiat sesquipedali altitudine; ut, si corruptae tegulae aut imbrices fuerint, parietem non possint penetrare per pluviam.

## XII

DE GENERIBUS ARBORUM ET UTILITATE CAESIONIS. — *Vitr.* II, IX.

Materies arborum quae ad utilitatem fabricae parabitur, autumnii tempore antequam favonii flare incipiant, utiliter caeditur.

*Pallad.* XII, 15. — Nunc (in novembre) materies ad fabricandum caedenda est, *cum luna decrescit*.

1. C'est-à-dire impropres aux maçonneries qui devront être enduites.

2. Échantillon probablement tombé en désuétude à l'époque de Vitruve, à raison de l'excessive longueur qui le rendait cassant.



Prius tamen, usque ad medullam securibus circumcisae stantes intermittantur; ut inutilis umor decurrat, et venarum raritas exsiccata solidetur.

Sed genera arborum has inter se vires et differentias habent :

Abies ergo, habens aëris plurimum et ignis, minimum terreni et umoris, merito non est ponderosa, et naturali rigore non cito flectitur a pondere.

Laricis vero materia in omnes fabricas maximas habet utilitates : primo quod ex ea adfixae tabulae sub grunda, ignis violentiam prohibent; neque enim flammam recipiunt, neque carbonem faciunt. Larix vero a castello Laricino est dicta.

Quercus, terrenis satietatibus abundans, parum habens umoris, cum in terrenis operibus obruitur, perpetuam servat utilitatem.

Aesculus : apta aedificiis materies; sed, in umore posita [vitiatur<sup>1</sup>].

Fagus, quod aequalem habet mixtionem umoris et ignis, in umore cito marcescit : *siccis locis utilis est.*

Populus alba et nigra, salix et tilia, ignis et aëris habent satietatem : in fabrica utiles, in sculpturis gratae inveniuntur.

Alnus, qu[ae] proxim[a] aquae nascitur, tener et mollis materia, extra aquam fabricae inutilis est; sed hoc mirum in se habet : quod in umore palationes spisse defixae, structuram supra se factam sine vitio servant.

Ulmus et Fraxinus : in omni opere cito flexuntur; sed, cum aruerint, rigidae sunt. Lentoris causa, catenis utiles.

Carpinus : in omni opere tractabilis et utilis invenitur.

Sed arbores quae caeduntur, usque ad medullam securibus recisas aliquamdiu stare patieris : ut per eas partes humor, si quis in venis continetur, excurrat.

Utiles autem sunt hae maxime :

Abies, *quam Gallicam vocant*, nisi perluatur, levis, rigida, et *in operibus siccis*, perenne durabilis.

Larix utilissima : ex qua si tabulas suffigas tegulis in fronte atque extremitate tectorum, praesidium contra incendia contulisti; neque enim flammam recipient, aut carbonem creare possunt.

Quercus durabilis, si terrenis operibus obruatur, et aliquatenus palis.

Aesculus : aedificiis et radicis apta materies.

*Castanea mira soliditate perdurat in agris, et tectis, et operibus ceteris intestinis : cujus solum pondus in vitio est.*

Fagus, in sicco utilis, humore corrumpitur.

Populus utraque, et salix, et tilia : in sculpturis necessariae.

Alnus : fabricae inutilis; sed necessaria, si humidus locus ad accipienda fundamenta palandus est.

Ulmus et Fraxinus : si siccentur, rigescunt; ante curvabiles, catenis utiles habentur.

Carpinus : utilissima.

1. Éd. Rose. Les mss. portent « Sed, in umore posita, perpetuam exhibet utilitatem »; ce qui paraît une répétition du dernier membre de la phrase précédente.



Cupressus et Pinus : admirandas habent virtutes, quod non cito pondere curvantur. Durant integrae semper.

Cedrus, si umore non corrumpatur, eandem habet virtutem.

Sed, quomodo de pinu resina decurrit, sic ex ea oleum quod cedrium dicitur. Si libri aut c[ap]sa<sup>2</sup> eo inungantur, nunquam tineis aut carie solventur. Multis itaque templis<sup>3</sup>, propter aeternitatem, ex eo lacunaria facta sunt. Etiam folia ejus cupresso similia sunt. Nascitur maxime in Creta et in Africa, et in Syriae regionibus.

Quaecumque ergo ex parte meridiana caeduntur, utiliores erunt; ex parte autem septentrionali, proceriores sunt arbores : sed cito vitiantur.

Cupressus : egregia. Pinus, nisi in siccitate non durans<sup>1</sup>....

Cedrus : durabilis, nisi humore tangatur.

*Pallad.* — Quaecumque autem ex parte meridiana caeduntur, utiliores sunt; quae vero ex septentrionali, proceriores : sed facile vitiantur.

## XIII

DE FABRICA VILLAE RUSTICAE DISPONENDA. — *Vitr.* VI, VIII.

Primo, ita cortes et culinae calidis locis designentur.

Bubilia : in parte meridiana, ita ut ad ortum aut ad focum boves spectent;

Nitidiorem enim cultum recipiunt, si ad lumen attendant.

Latitudo XV pedum disponatur, et, in singulis partibus, VIII pedes relinquuntur<sup>6</sup>.

Equilia calidis locis ordinentur; et obscuriora fiant, ut securi equi pabulentur.

Ovilia et caprilia, pro magnitudine agri disponantur.

*Pallad.* I, 22. — Cors ad meridiem pateat, et objecta sit soli<sup>4</sup>....

*Pallad.* I, 21. — Stabula equorum vel boum : meridianas quidem plagas respiciant; non tamen egeant septentrionis luminibus, quae, per hiemem clausa, nihil noceant, per aestatem patefacta refrigerant<sup>5</sup>....

Boves nitidiores fient, si focum proxime habeant, et lumen intendant.

Octo pedes ad spatium standi singulis boum paribus, abundant; et, in porrectione, XV<sup>6</sup>....

1. Suivent, au sujet de la conservation, des observations que Pallad. donne comme recueillies par lui-même en Sardaigne, et qui à ce titre n'intéressent point l'histoire des doctrines vitruviennes.

2. Sans corr. : « censa ».

3. Mot impropre, que Vitruve n'emploie jamais dans le sens de temple.

4. Suivent chez Palladius des détails sur l'utilité de portiques ou d'auvents le long de la façade méridionale de la cour, et sur l'emplacement des colombiers.

5. Ici Vitruve décrit d'une manière précise le plan de la ferme : Cette description, qui eût été si bien à sa place dans Palladius, n'existait sans doute pas dans le texte original où Palladius a puisé.

6. Chiffres de *Vitr.* : Minimum de largeur, 7 p. ; maximum de longueur, 15.

Cella vinaria, contra frigidissimas caeli plagas conlocetur ;

Lumen fenestris a septentrione tribuatur, ut undique frigidus aër vina incolumia servet: vapore enim omnia corrumpuntur. *Torcular hujus*, in septentrione ponatur :

Cella autem olearis, in meridie constituenda est.

Fenestrae ab eadem parte tribuantur : ne frigore oleum cum sordibus retineatur, et suavitas saporis pereat.

*Torcular hujus*, in meridie statuatur : magnitudo, pro abundantia rei fiat.

Granaria, ad septentrionem vel aquilonem spectent, ut aëre gelidiori fruges tutius serventur. Vaporatae enim regiones, curculiones et alia genera bestiolarum nutriunt.

Horrea, fenilia, pistrina, extra villam sunt constituenda, ut ab ignis periculo villae sint tutiores.

Si quid vero melius et nitidius facere volueris, exempla de urbanis fabricis sumes.

*Pallad.* I, 18. — Cellam vinariam septentrioni debemus habere oppositam : frigidam, vel obscurae proximam, longe a balneis, stabulis, furno....

*Pallad.* I, 20. — Olearis cella, meridianis sit objecta partibus,

Et contra frigus munita, *ut illi per specularia debeat lumen admitti*. Ita : et operas quae hieme futurae sunt, nullus algor impedit ; et oleum, cum premitur, adjectum teporibus, frigore non valebit adstringi.

Trapetis, et rotulis, et prelo : nata est forma quam consuetudo dictavit....

*Pallad.* I, 19. — Situs horreorum, quamvis ipsam [septentrionis] desideret partem : et superior, et longe ab omni humore et laetamine et stabulis ponendus est, frigidus, ventosus et siccus... Factis granariis, amurca luto mixta parietes linuntur... : haec res gurgulionibus et ceteris noxiis animalibus inimica est.

*Pallad.* I, 32. — Foeni, palarum, cannarum repositiones ; nil refert in qua parte : dummodo siccae sint atque perflabiles ; et longe removeantur a villa, propter casum surripientis incendii.

#### XIV

##### DE DISPOSITIONE OPERIS URBANI. — *Vitr.* VI, v

Urbani itaque gratiam luminosam esse oportet, praesertim cum nulli vicini parietes impediunt. Disponendum erit tamen ante, ut certa genera aedificiorum coeli regiones apte possint spectare :

Hiberna ergo triclinia hibernum occidentem spectare debent, quoniam vespertino lumine opus est ; nam sol occidens non solum inluminat, sed, propter vim caloris, tepidas facit regiones.

Cubicula et bibliothecae ad orientem spectare debent : usus enim matutinum pos-

tulat lumen. Nam quaecumque loca meridiem spectant umore vitiantur : quoniam venti umidi, spirantes madidos flatus, omnia pallore corrumpunt.

Triclinia verna et autumnalia ad orientem spectare debent, quod ea regio praeter ceteras frigidior est, et solstitiali tempore jucundam sanitatis voluptatem corporibus praestat.

## XV

DE MENSURIS AEDIFICIORUM. — *Vitr.* VI, v.

Tricliniorum et conclavium quanta latitudo et longitudo fuerit : in uno computata mensura, ex ea medietas altitudini tribuatur.

Si autem exedrae aut oeci quadrati fuerint, media pars mensurae in altitudinem struatur.

Pinacothecae et plumariorum officinae in parte septentrionali sunt constituendae, ut colores et purpurae sine vitio reserventur : de vaporatis enim regionibus corruptelae nascuntur.

## XVI

DE FABRICA BALNEARUM. — *Vitr.* V, x.

Balneis locus eligendus est contra occasum hibernum aut partem meridionalem ; ut sole descendente vaporetur usque ad vesperum, quod tempus ad lavandum tributum est.

Suspensurae caldarum cellarum ita sunt faciendae, ut :

Primum, area *sesquipedalibus* tegulis consternatur, inclinata ad fornacem, ut pila missa intro resistere non possit, sed redeat ad praefurnium : flamma enim sursum adsurgens calidiores efficit cellas.

Supraque, laterculis bessalibus *et rotundis pilae* instruantur, *ex capillo et argilla subacta* : *in privato, pedibus binis semis, in publico, ternis.*

Tegulae bipedales super constituentur, quae pavimentum dirigant.

*Pallad* I, 40. — ... Balneum constituemus in ea parte, qua calor futurus est, loco ab humore suspenso : ne uligo eum, fornacibus vicina, refrigeret.

Lumina ei dabimus a parte meridiana et occidentis hiberni ut, tota die, solis juvetur et illustretur aspectu.

Suspensas vero cellarum sic facies :

Aream primo bipedis sternis, inclinata tamen stratura ad fornacem, ut si pilam miseris, intro stare non possit, sed ad fornacem recurrat : sic eveniet ut flamma, altum petendo, cellas faciat plus calere.

Supra hanc straturam, pilae laterculis argilla subacta *et capillo constructae* fiant, distantes a se spatio pedis *unius et semissis*<sup>1</sup>, altae pedibus binis semis.

Super has pilas, bipedae constituentur, *biniae in altum* ; atque his superfundantur testacea pavimenta ; *et tunc, si copia est, marmora collocentur.*

<sup>1</sup>. *Vitr.* fait présumer un espacement d'axe en axe de 2 pieds ; ce qui donnerait un intervalle libre de 2 p. — 8 pouces, soit 1 p.  $\frac{1}{3}$  seulement.

*Plumbeum vas, quod patenam aeream habet, supra fornacem conlocetur; alterum simile, frigidarium secus : ut, quantum calidae ex eo in solio admittatur, tantum frigidae infundatur.*

Magnitudines autem balnearum pro hominum copia aut voluntatis gratia fieri debebunt : dummodo cellae sic disponantur ut, quanta longitudo fuerit, tertia dempta, latitudo disponatur; melius enim ignis per angustiora latitudinis cellarum operabitur.

Lumen fenestris, aut hibernis aut meridians partibus tribuatur :

*Aestivis balneis hypocausteria, pro loci magnitudine, cum piscinis in septentrione vel aquilone constituentur; et ab eadem parte lumen fenestris admittatur, ut salubriorem et corporibus jucundiozem gratiam praestet.*

In villa rustica, balneum culinae conungatur, ut facilius a rusticis ministerium exhiberi possit.

*Miliarium vero plumbeum, cui aerea patina subest, inter soliorum spatia forinsecus statuamus fornace subjecta, ad quod miliarium fistula frigidaria dirigatur; et, ab hoc ad solium, similis magnitudinis fistula procedat, quae tantum calidae ducat interius, quantum fistula illi frigidi liquoris intulerit.*

*Cellae autem sic disponantur, ut quadratae non sint : sed, verbi gratia, si XV pedibus longae fuerint, X latae sint; fortius enim vapor inter angusta luctabitur. Soliorum forma pro uniuscujusque voluntate fundetur.*

*Piscinales cellae, in aestivis balneis a septentrione lumen accipiant; in hiemalibus, a meridie.*

Si fieri potest, ita constituentur balneae, ut omnis earum per hortos ecurrat eluvies.... — (Pall. XLII) *Si aquae copia est, fusuras balnearum debent pistrina suscipere : ut, ibi formatis aquariis molis, sine animalium vel hominum labore frumenta frangantur.*

## XVII

DE CAMERIS BALNEARUM. — *Vitr. V, x.*

Camerae structiles fortiores erunt.

Figulinae autem, ad contignationem suspendantur ita ut, catenis ancoratis fixae [r]egulae<sup>1</sup>, velut palliola quae cameram circinent, sustineant.

*Eadem ratione et planas cameras facies.*

Utilius autem disponetur, si regulae vel arcus ferrei fiant, [e]t uncis ferreis ad

*Pallad. I, 40. — Camerae in balneis signinae fortiores sunt. Quae vero de tabulis fiunt, virgis ferreis transversis, et arcibus sustentantur.*

Sed, si tabulas nolis imponere : Super arcus ac virgas, bipedas constitues, ferreis ancoris colligatas capillo inter se atque argilla cohaerentes.

1. Sans corr. : « tegulae ».

contignationem suspendantur, ita ut tegularum juncturae super regulas vel arcus recumbant.

Superiores ergo juncturae ex capillo et argilla subacta linantur;

Inferior autem pars juncturae, quae ad pavementum spectabit, primo calce cum testa temperata trulli[ss]etur;

Deinde, albario sive tectorio opere inducatur.

*Pallad.* — Et ita impensam testaceam subter inducis;

Deinde, albarii operis nitore decorabis<sup>1</sup>.

Major tamen et diligentiae et utilitatis ratio videbitur, si duplices balnearum camerae fiant : *inferior caementi[ci]a, et superior suspensa*; inter duas enim cameras umor retentus numquam vitiabit contignationes. Sudationes etiam praestabuntur meliores.

### XVIII

DE EXPOLITIONIBUS PAVIMENTORUM. — *Vitr.* VII, I.

Considerandum erit ut solum firmum sit et aequale. Tunc rudus inducatur, et vectibus ligneis contusum calcetur. *Supra : inpena testacea crassior inducatur, et iterum vectibus contusa solidetur. Tertio : nucleus, id est inpena mollior inducatur; et politio[n]ibus insistat, ne rimas inutiles operi relinquat.*

### XIX

DE PAVIMENTIS SUPRA CONTIGNATIONEM FACIENDIS. — *Vitr.* VII, I.

In contignationibus, diligenter respiciendum est ut aequalitas soli dirigatur.

Item, danda est opera ne axes quercei cum aesculinis commisceantur; nam quercus cum, accepto umore, siccescere coeperit, arcuatur et rimas inutiles operi efficiet : aesculus, diligenter composita, ad perpetuitatem durabit.

*Pallad.* I, 9. — ... Primum, in fabricis planis (habitationum), observandum est ut aequalis et solida contignatio fiat, *ne gradus ambulantium tremorem fabricae titubantis excutiat.*

Deinde, ut axes quernae cum aesculeis non misceantur; nam quercus, humore concepto, cum coeperit siccari, torquetur et rimas in pavimento faciet.

1. Ici se place dans Palladius cette remarque, qu'on peut disposer les habitations d'hiver au-dessus des bains, et économiser ainsi à la fois sur les fondations et sur le chauffage. Puis vient tout un chapitre sur les « maltae » ou mastics qu'il convient d'employer, soit dans les bassins des bains, pour parer aux fuites; ou, dans les tuyaux, pour assurer l'étanchéité des joints des tuyaux. Ce chapitre des « maltae », très probablement étranger à Vitruve, a été retrouvé par Poleni dans plusieurs copies manuscrites de Faventinus.



Verum si, inopia loci, aesculus defuerit : in tenuissimos axes quercus secetur ; et, primum in directo jactatis axibus, sequentibus in transverso stratis, binis clavis crebro ad contignationem confixis, utiliter operi subicientur.

De cerro aut fago seu farno coaxationes haud ad vetustatem poterunt permanere.

Jactis in ordinem et compositis axibus, filix aut paleae aequaliter supersternantur : ut calcis umor ad axes pervenire non possit.

Tunc, insuper statuminetur saxo ne minori quam quod possit manum implere.

Statuminibus [factis<sup>2</sup>], ruderi, seu novo seu redivivo, ad duas partes una calcis misceatur<sup>5</sup> :

Rudus est, majores lapides contusi, cum calce mixti ;

Inpensa crassior induci debet. ne minus crassitudine *digitorum VI*<sup>4</sup>.

Exacto pavimento ad regulam et libellam :

Supra, inpensa testacea mollior inducatur et siccet. Tum, aut marmor sectile, aut tesserae aut scutula aut trigona aut favi superinponantur ; et usque eo fricetur, ut juncturae vel anguli inter se convenient : tunc erit perfecta fricatura.

Quod si facultas non erit unde superfiantur : ne aut lacunae aut cumuli sint, ad regulam fricatura extendatur et, supra, marmor tunsum incernatur ; aut harena cum calce inducta poliatur.

Sub divo, maxime vitanda sunt pavimenta, quoniam frigore et umore saepe corrumpuntur. Sed, si necessitas aut voluntas facere hortatur, hanc operis subtilitatem servabis :

Sed si, quercu suppetente, aesculus desit, subtiliter quercus secetur, et transversus atque directus duplex ponatur ordo tabularum, clavis frequentibus fixus.

De cerro, aut fago, aut farno, *diutissime tabulata durabunt*<sup>1</sup> : si, stratis super paleis vel filice, humor calcis nusquam ad tabulati corpus accedat.

Tunc, superstatuminabis rudus ; id est : Saxa contusa *duobus* partibus et una calcis temperante constitues.

Hoc enim cum ad *sex digitorum* altitudinem feceris, et regula exploraveris aequale :

*Si loca hiemalia sunt*, tale pavementum debet imponere in quo, vel nudis pedibus stantes, ministri hieme non rigescant<sup>5</sup>.

*Sed si aestivae mansiones sunt* : Orientem solstitialem et partem Septentrionis aspiciant : et vel testaceum — sicut supra diximus — accipiant pavementum, vel marmora, vel tesseras aut scutulas, quibus aequale reddatur angulis lateribusque conjunctis.

Si haec deerunt : supra, marmor tunsum cernatur ; aut arena cum calce inducta levigetur.

*Pallad VI, 11.* — Circa extremum mensem (maium), pavimenta in solariis fiunt ; quae, in frigidis regionibus et ubi pruinae sunt, glacie suspenduntur, et pereunt. Sed, si hoc placuerit,

1. Vitr., d'accord avec Favent., nie absolument la durée de ces trois sortes de bois.

2. Sans corr. : « Statuminationibus rudus... »

3. Vitr. prescrit, pour le rudus novum, la proportion de 3 de cailloux pour 1 de chaux ; et, pour le rudus redivivum 5 pour 1.

4. Vitr. dit « dodrantis » = 3/4 de pied.

5. Ici Pallad. place la description des aires en béton de charbon, que nous reproduirons en regard du chap. xxvi de Favent.

Missas in ordinem tabulas et alias in transversum, sicut supra monstratum est : ad tignationem configes, et paleam aut filicem super aequaliter sternes, et loricabis de saxo quod manum possit implere.

Super, rudus pedaneum induces et vectibus ligneis frequenter densabis; et,

Antequam rudus siccescat, (conloces) tegulas bipedales quae per omnia latera canaliculos habeant digitales; calce viva ex oleo temperata front[e]s tegularum qua canaliculi erunt implebis; et, sic junctas, supra rudus compones, ut margines tegularum cum calce comprehendi possint. Quae res, cum siccaverit, quasi unum corpus facit, et nullum umorem ad inferiora admittet.

Postea, nucleum sex digitorum induces, et frequenter fricabis ne setas faciat; et tesseram duorum aut trium digitorum latam supra inpones, aut tabulas quam magnasque marmoreas, ut nullo modo fabrica vitiari possit.

Si quis autem diligentius facere volet : omnibus annis, ante hiemem, juncturas axium saecibus perungi faciat.

Testacea spicata tiburtina pari modo fricaturis et politionibus exercentur.

Sternemus duplices ordines tabularum : transversos atque directos; et paleam vel filicem supra constituemus, et aequaliter aequabimus saxo, quod manum possit implere.

Pedaneum, super, rudus inducimus, et assiduo vecte densamus. Tunc :

Antequam rudus siccet : bipedas, quae per omnia latera canaliculos habeant digitales, jungemus; ita ut, calce viva ex oleo temperata, bipedarum canales, qui inter se connectendi sunt, impleantur; et earum conjunctione rudus omne cooperiatur : nam siccata omnis materia unum corpus efficiet, et nullum transmittet humorem.

Postea, sex digitorum testaceum super fundemus, et frequenter virgis verberabimus, ne rimis possit aperiri.

Tunc tessellas latiores, vel tabellas qualescumque marmoreas, aut paginas imprimemus; et hanc constructionem res nulla vitiabit.

## XX

DE CALCE PROBANDA OPERI ALBARIO. — *Vitr.* VII, II.

In albario opere, calcem sic probare debetis. In fossa calcem, quae multo ante tempore fuerit macerata, de ascia quasi lignum dolabis; et, aciem si nusquam impegeri[t] atque adhaerens asciae viscosa videbitur, optima erit operi albario. Recenter extincto et calculosa si fuerit, dum siccescere coeperit, calculi crepant et inutiles rimae operi efficiuntur. Unde proxime extinctam in opus albarium mittere non oportet.

*Pallad.* I, 14. — Opus quoque albarium saepe delectat, cui calcem debemus adhibere cum multo tempore fuerit macerata. Ergo, ut utilem probes, ascia calcem quasi lignum dolabis : Si nusquam acies ejus offenderit, et quod asciae haeret fuerit molle atque viscosum, constat albariis operibus convenire.



## XXI

DE CAMERIS CANNICIIS. — *Vitr.* VII, III.

Camerae ergo canniciae sic erunt disponendae :

Asseres *ab[ie]gnei* ad regulam aequaliter dirigantur, *ne plus habeant grossitudinis quam digitos tres.*

Hos, inter se *sesquipedali*<sup>1</sup> mensura divisos, ordinabis,

Et catenis ad contignationem suspendes, ita ut *binæ perticae graciliores, inter eos [si missae]*<sup>2</sup>, his faciant tomices ligaturas.

Camerae ex harundine graeca; vel palustri, vel grossiori rasa et contusa sic contexantur, ut fasciculi aequalis admodum grossitudinis et longitudinis ante ligentur, qui possint aequalem nitorem ostendere;

Ut si quam cultiorem gratiam [aemulari]<sup>3</sup> volueris, fasciculi mollioris cannae facilius flexi ducantur. Postea :

Primo, *manu inducatur impensa pumicea*, et trullissetur, ut canna subligetur ;

Tertio, marmor tunsum, ~~super~~, calce inducatur et poliatur : Sic et nitore gratiam et virtutem solidam facies.

*Si quid autem urbanius cameris addere volueris : Fasciculos de canna facies; et laquearis operis, vel delicatae ut arcuatilis camerae, exemplis uteris*<sup>4</sup>.

*Pallad.* I 13. — (Cameras)... *aut tabulis* faciemus, aut cannis, hoc genere :

Asseres *ligni Gallici* vel cupressi directos et aequales constituemus in eo loco ubi camera facienda est,

Ita ordinatos ut inter se *sesquipedalis* mensura sit vacua.

Tunc eos catenis ligneis ex junipero, aut oliva, aut buxo, aut cupresso factis, ad contignationem suspendemus; *et binas inter eos perticas* dirigemus, tomicibus alligatas.

Postea, palustrem cannam, vel hanc crassiorem quae in usu est, contusam, facta et strictim juncta crate subnectemus; et per omne spatium cum ipsis asscribus et perticis alligabimus.

Dehinc :

Primo, *impensa pumicea* induemus. et trulla aequabimus, ut inter se cannarum membra constringat;

Post, arena et calce coaequabimus ;

Tertio, tusi marmoris pulverem mixtum cum calce ducemus, et poliemus ad summum nitorem.

## XXII

DE POLITIONIBUS PARIETUM CAEMENTICIORUM. — *Vitr.* VII, III.

Parietes, uno corio tenui et alio grossiori si fuerint ducti et politi, macritate inpensae cito corrumpentur. Exemplum hujus ex speculis sumere debemus : quorum tenues

1. *Vitr.* admet un maximum d'espacement de 2 pieds.

2. Édit Rose. Sans corr. : « *simissales* ».

3. Sans corr. : « *emutare* ».

4. Lecture de Rose.

lamnae falsas et deformes exprimunt imagines; solidae autem lamnae veras et suae pulchritudinis formas designant.

Prima ergo inductione trulli[ss]ata,  
Cum arescere coeperit, iterum ac tertio loricationes dirigantur.

Cum tribus coriis opus fuerit deformatum : tunc ex marmore grandi trulli[ss]ationes sunt subigendae;

Sed ipsa species sic paretur ut, ante inductiones, tamdiu subigatur ut rutrum ex ea mundum levetur.

Inarescente inductione, alterum corium subtilius inducatur, ut marmoris et candoris politionibus fundata soliditas nitidum culturae faciat decorem.

Omnia ergo quae diligenti studio componuntur, neque vetustatibus obsolescunt neque cum purgari coeperint gratiam coloris amittunt. Umidi enim parietes, cum picturis ornantur, desudescunt, et operi obligatus color elui non potest.

*Pallad.* I, 15. — Parietum vero tectura sic fiet fortis et nitida :

Prima trullis frequenter inductio.

Cum siccari coeperit, iterum inducatur, ac tertio.

Post haec tria coria : ex marmoreo grano cooperiatur ad trullam;

Quae inductio ante tam diu subigenda est, ut rutrum quo calx subigitur, mundum levemus.

Haec quoque marmoris grani inductio cum siccari incipiet, aliud corium subtilius oportet imponi : sic et soliditatem custodiet et nitorem.

### XXIII

DE OPERE CORONARIO. — *Vitr.* VII, III.

Operi coronario subtilior inpensâ necessaria est : ut, amplius fricata, mollius nitore gratiam faciat. Observandum tamen erit ne gypsum inpensae adjungatur; siticulosa enim materia dum cito arescit; vicina coronarium opus, politionibus parietum et camerarum cum superinducitur, ruina corrumpit.

### XXIV

DE PARIETIBUS CAEMENTICIIS UMIDIS LOCIS SOLIDANDIS. — *Vitr.* VII, IV.

Parietes vero umidis locis sic erunt solidandi :

Si perpetuus humor manabit : Tribus pedibus ab imo, testaceo paries vestiatur; et vestitura calcetur et pollicatur, ne umorem admittere possit.

Quod si major umor perpetuos manabit : Canaliculum brevem extrues aliquantum a pavimento altius, qua collectus umor sine vitio parietis exeat.

Si autem affluens umor abundabit : Tegulas bipedales ex ea parte qua umor inriguus erumpet, diligenter picabis, ne vis umoris ad parietem transeat. Ex altera parte, qua structurae [u]ngentur<sup>1</sup>, tegula calce liquida liniatur, ut facilius operi adhaerere possit.

1. Sans corr. : « jungentur ».

## XXV

TRICLINIA HIBERNA MINORIBUS PICTURIS ESSE ORNANDA. — *Vitr.* VII, IV.

Triclinia hiberna non convenit grandibus picturis ornari, quoniam hibernis temporibus frequenti lumine cereorum aut lucernarum fumante obsolescunt : Propterea et camerae eorum planae fiunt, ut, deteresa fuligine, statim inluminatus splendor appareat.

## XXVI

PAVIMENTA UT IN HIEME TEPEANT. — *Vitr.* VII, IV.

Etiam pavimentorum utilis dispositio inventa videtur. Itaque, excavatis in altum duobus pedibus, fistucato solo inducatur aut rudus aut testaceum pavementum. Deinde, congestis et calcatis spisse carbonibus, inducatur ex sabulone et favilla et calce mixta inpensa crassitudine unciarum VI : Ad regulam exaequata planitia reddit speciem nigri pavimenti. Hieme

*Pallad.* I, 9. — ... Inducto ... rudere vel testaceo pavimento, congestos et calcatos spisse carbones cum sabulone et favilla et calce permiscebis, et hujus impensae crassitudinem sex unciis jubebis imponi : quod exaequatum nigra pavimenta formabit ; et, si qua fundentur ex poculis, velociter rapta desuget.

ergo non recipit frigus ; et ministros, licet nudis pedibus, vapore delectabit. Sic enim erit pavementum ut, etiam bibentium pocula si fusa fuerint, momento siccescant.

## XXVII

DE GENERIBUS COLORUM. — *Vitr.* VII, VII.

Colores vero alii certis locis procreantur, alii ex commixtionibus componuntur :

Rubricae itaque multis locis generantur, sed optimae in Ponto et Hispania nascuntur<sup>1</sup>.

Paraetonium, ex ipso loco unde foditur, habet nomen.

Eadem ratione et Melinum, quod ejus vis metalli per insulas Cycladas Melo dicitur.

Creta viridis pluribus locis nascitur ; sed optima creta Smyrnae tantum procreatur, quae graece θεοδότιον dicitur, a Theodotio quodam in cujus solo primum est inventa.

Auripigmentum, quod ἀρσένιον graece appellatur, in Ponto nascitur.

Sandaraca plurimis locis generatur, sed optima in Ponto et juxta flumen Hypanim.

Minii autem natura primum a Graecis Ephesiorum solo reperta memoratur, deinceps in Hispania. Cujus natura has admirationes habet :

1. Cf. Isid. hispal.

Glebae itaque, cum ex metallis primum exciduntur, argenti vivi guttas exprimunt, quas artifices ad plures usus colligunt : neque enim argentum neque aes sine his inaurari potest.

Nam, confusae in unum ita ut quattuor sextariorum mensuram habeant, centum librarum pondus efficient; supra cujus liquorem, centenarium saxi pondus si posueris, sustinebit : scripulum auri super si posueris, in liquorem descendet. Unde intelliges non ponderis sed naturae esse discretionem.

Itaque, si aurifex, pannis textilibus adust[is]<sup>1</sup> rudi vaso fictili, solid[i] a[u]ri<sup>2</sup> pulverem prius lavaverit : postea, mixtum argento vivo, vel in panno vel in linteolo comprimes, ut liquor argenti expressus emanet et aurum solidum intrinsecus remaneat.

Verum probatio minii sic erit observanda : In lamna ferrea mittatur, et super ignem ponatur tamdiu donec lamna rubescat; tunc retractum refrigescat. Si colorem non mutaverit, optimum erit; si mutaverit, vitiatum erit : colores autem omnes calcis mixtione corrumpi manifestum est.

Chrysocolla a Macedonia venit; foditur autem ex metallis aerariis.

Armenium et Indicum ab ipsis ostenditur quibus in locis nascitur.

Atramenti vero compositio sic erit observanda, quae non solum ad usum picturae necessaria videtur, sed etiam ad cotidianas scripturas :

Lacusculus curva camera struatur. Huic fornacula sic componitur, ut nares in lacusculo habeat, qua fumus possit intrare. Taedae in eadem fornace incenduntur. Supra taedas ardentes, resina mittatur; ut omnem fumum et fuliginem per nares in lacusculum exprimat. Postea, fuliginem diligenter conteres, et aquam ad modum mittes, et atramentum facies nitidum. Pictores autem glutinum miscent, ut nitidius esse videatur; sed, ad celeritatem operis, etiam taedarum carbones cum glutino attriti, parietibus praestabunt atramenti suavitatem.

Nec minus, sarmenta exusta et contrita atramenti colorem imitabuntur. Sed *sarmenta uvae nigrioris, si in optimo vino mersa arserint et postea exusta fuerint* : addito glutino, imitata indici suavitatem monstrabunt.

Usta vero, quae plurimum necessaria in operibus picturae videtur, sic temperatur : Glebae silis boni in igne coquuntur; tunc, acerrimo aceto perfuso extinguuntur, et reddunt purpureum colorem.

Caerulei temperationes Alexandriae primo sunt inventae; nunc autem Puteolis ex harenae pulvere et nitri flore temperatur [aes<sup>3</sup>] cyprium adustum.

Cerussa, et quam nostri aerucam vocant, sic erit conficienda : Sarmenta vitiosa [v]ineae<sup>4</sup> infuso aceto in dolio coniciantur; super, tabulae plumbeae deponantur; et dolium cludatur et, pluribus mensibus transactis, aperiatur. Sed cerussa in fornace coquatur, quae mutato colore meliorem efficit Sandaracam.

Ostrum autem, quod pro colore purpurae temperatur, plurimis locis nascitur, sed optimum insula Cypro et ceteris quae sub solis cursu habentur : Conchylia itaque, cum circumcisa ferro fuerint, lacrimas purpurei coloris emittunt, quibus collectis purpureus color temperatur; ideo autem ostrum est appellatum, quod ex testis umor elicitur. Qui cito inarescit, nisi temperatus umor melle circumfusus habeatur. Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubiae radice.

1. Sans corr. : « adustum ».

2. Édit. Rose. Sans corr. : « solidari ».

3. Édit. Poleni. Sans corr. : « sed ».

4. Édit. Poleni. Sans corr. : « mineae ».

Similiter, ex floribus alii colores inficiuntur. Itaque pictores, cum voluerint Sil atticum imitari, violam aridam in vaso cum aqua ad ignem adponunt ut ferveat, et decoctam in linteolo exprimunt et in mortario cum creta conterunt : et faciunt silis attici colorem. Eadem ratione, vaccinum cum lacte temperantes, purpuram faciunt elegantem. Qui non possunt Chrysocolla propter caritatem uti, herbae quae lutear appellatur sucum caerule[o]<sup>1</sup> inficiunt, et utuntur viridissimo colore. Propter inopiam, simili modo cretam selinusam sive anulariam vitro miscentes, quod Graeci *ισάτιν* vocant : efficiunt Indici colorem.

## XXVIII

DE NORMAE INVENTIONE. — *Vitr. IX, préf.*

Quoniam ad omnes usus normae ratio subtiliter inventa videtur, sine qua nihil utiliter fieri potest, hoc modo erit disponenda : Sumantur itaque tres regulae, ita ut *duae sint pedibus binis, et tertia habeat pedes duos uncias X<sup>2</sup>*; eae regulae, aequali crassitudine compositae extremis [c]acuminibus jungantur schema facientes trigoni : sic fiet perite norma composita.

## XXIX

DE HOROLOGII INSTITUTIONE. — *Vitr. IX, VIII.*

Multa variaque genera sunt horologiorum, *sed pel[ec]ini et hemicyclii magis aperta et sequenda ratio videtur.*

*Pele[ci]num enim<sup>3</sup> horologium dicitur, quod ex duabus tabulis marmoreis vel lapideis, superiore parte latioribus, inferiore angustioribus componitur.*

*Sed hae tabulae aequali mensura fiunt, et quinque lineis directis notantur, [u]t angulum faciant qui sextam horam signabit : semis ergo ante primam, et semis post undecimam, supplebunt XII numeros horarum<sup>4</sup>.*

*Sed, junctis aequaliter ante et extensis tabulis : in angulo summo juncturae, circinum figes ; et, angulo proximum, circinum facies, a quo primum lineae horarum partitae aequaliter<sup>5</sup> notantur. Item, alium majorem circulum ab eodem puncto angulari facies, qui prope oram tabularum attingat, ad quem aestivis temporibus gnomonis umbra pervenit.*

*Subtilitas ergo disparis mensurae de spatio horarum expectanda non est : quando aliud majus et aliud minus, horologium [penes<sup>6</sup>] solitum videatur ; et non amplius paene ab omnibus, nisi quota sit, solum inquiri festinetur.*

*Gnomon itaque in angulo summo juncturae paululum inclinatus ponatur, qui umbra sua horas designet.*

1. Sans corr. : « ceroleum ». Plinè dit : « caeruleo subtritam ».

2. Solution approximative, à laquelle Vitruve substitue la solution exacte de Pythagore.

3. Voir tome I, p. 268.

4. Les divisions du cadran correspondent aux milieux des heures.

5. Uniformité qui ferait de l'appareil un indicateur bien peu précis.

6. Sans corr. : « horologium poni ».



*Constitues autem horologii partem qua[e] decimam horam notabit, contra orientem aequinoctialem, sicut de exemplis multifariam cognoscitur.*

*Horologium autem quod Hemicyclion appellatur<sup>1</sup>, simili modo de lapide vel de marmore uno : quattuor partibus sursum latioribus, infra angustioribus, componatur ; ita ut ab ante et a tergo latiores partes habeat, sed frons aliquantum promineat atque umbram faciat majorem.*

*Sub hac fronte, rotunditas ad circinum notatur ; quae, cavata introrsus, hemicyclium facit schema.*

*In hac curvatura, tres circuli fiunt : unus, prope summitatem horologii ; alius, per mediam cavaturam ; tertius, prope oram signetur.*

*A minore ergo circulo usque ad majorem circulum horalem : una et X lineae directae, aequali partitione ducantur, quae horas demonstrant.*

*Per medium vero hemicyclium, supra [medium<sup>2</sup>] circulum : planitia aequalis subtiliori crassitudine fiat ; ut, aperta rotunditate digitali, facilius, solis radius infusus, per numeros linearum horas demonstrat :*

*Hiemis ergo tempore, per minorem circulum horarum numeros servabit ; aequinoctiali tempore, medium circulum sequetur ; aestivo tempore, per majoris circuli spatia gradietur.*

*Sed, ne error in construendo horologio cuiquam videatur : libero loco, alto vel plano, sic ponatur, ut angulus<sup>3</sup> hujus qui occiduas horas notabit, contra aequinoctial[e] vernum spectet, unde sol nono kal. apriles oriatur.*

*Fit etiam in uno horologio<sup>4</sup> duplex elegantiae subtilitas :*

*Nam, dextra ac sinistra extrinsecus, in lateribus ejus, quinae lineae directae notantur ; et ternae partes circularum aequali intervallo sic fiunt, ut :*

*Una proxima sit angulis posterioribus, ubi stili ponentur qui umbra sua horas designent ; altera, mediam planitiem detineat ; tertia, prope oram contingat. Has enim partes circularum hieme, vere et aestate — sic ut interius — gnomonis umbra sequitur<sup>5</sup>.*

*In angulis ergo posterioribus, stilos modice obliquos figes, qui umbra sua horas designent : oriens enim sol in primo latere sex horas notabit ; occidens, alias sex in sinistro latere percurrent.*

*Legitur etiam horas sic comparari debere<sup>6</sup> : Primam, sextam, septimam et duodecimam uno spatio mensuraque disponendas ; Secundam, quintam, octavam et undecimam, pari aequalitate ordinandas ; Tertiam, quartam, nonam et decimam, simili ratione edendas.*

*Est et alia de modo et mensuris horarum comparatio, quam prolixitatis causa praetereundam existimavi : quoniam haec diligentia ad paucos prudentes pertinet. Nam omnes fere, sicut supra memoratum est, quota sit solum requirant.*

*Quantum ergo ad privatum usum spectat, necessaria huic libello ordinavimus : civitatem sane et ceterarum rerum institutiones, praestanti sapientiae memorandas relinquimus.*

1. Voir tome I, p. 266.

2. Sans corr. : « minorem. »

3. Il s'agit probablement de l'arête supérieure de la tabula.

4. Variété du pelecinum : voir pl. 76, fig. 4.

5. En fait, l'ombre du gnomon ne suit pas des arcs de cercle, et les arcs d'hyperbole qu'il parcourt ne sont point uniformément espacés.

6. Détail sur la disposition des chiffres marquant les heures.





## EXTRAITS DE PLINE L'ANCIEN

### RELATIFS A L'ARCHITECTURE

De même que les notices architecturales de Faventinus et de Palladius, celles de Pline doivent leur principal intérêt à leurs anachronismes : Pline parle des constructions comme si, de son temps, on n'avait encore employé couramment que des briques de terre sèche ; et, pour lui aussi, la voûte semble non avenue. Sans nul doute, il traite d'architecture d'après des documents qui nous reportent à une date antérieure à Vitruve.

Sur quelques points il emprunte aux écrits originaux un mot qui échappe à Vitruve, un détail qui le contredit.

Exemple d'indication complémentaire :

Vitruve décrit en la blâmant, cette sorte de maçonnerie où des cailloux et du mortier sont jetés pêle-mêle entre deux parements de pierre ; Pline nous en apprend le nom : « diamicton ».

Exemple de divergence :

A propos des bétonnages de citernes, Pline prescrit, contrairement à Vitruve et d'accord avec Faventinus, 2 de chaux pour 1 de sable, etc.

Un chapitre mérite une mention spéciale, celui des Ordres :

Le dorique et l'ionique sont définis par des proportions non vitruviennes : 6 et 9 diamètres ; seule, la proportion toscane concorde ; et l'on voit figurer un ordre auquel Vitruve fait à peine allusion, l'attique.

L'importance assignée aux dispositions toscanes fait présumer que ce chapitre n'a pas pour auteur un Grec ; très probablement, il est extrait d'un de ces théoriciens latins que Vitruve nomme avec éloge : Fuficius, Septimius ou Varron.

Nous reproduisons, outre la notice des ordres, les principaux passages qui ont trait à l'art des constructions, en distinguant par des caractères italiques ceux qui n'ont pas leur exact équivalent chez Vitruve.



## A. PROCÉDÉS DE CONSTRUCTION

*Plin. Nat. hist. XXVI. — Vitr. II, v, VIII.*

§ 51. — Graeci e lapide duro aut silice aequato construunt veluti lateritios parietes : Cum ita fecerint, isodomum vocant genus structurae ;

At cum inaequali crassitudine structa sunt, pseudisodomum.

Tertium est emplecton : tantummodo frontibus politis : reliqua fortuito collocant.

Alternas coagmentationes fieri, ut commissuras antecedentium medii lapides obtineant, necessarium est in medio quoque pariete, si res patitur ; si minus, utique a lateribus.

Medios parietes farcire fractis caementis, *diamicton* vocant.

Reticulata structura, qua frequentissime Romae struunt, rimis opportuna est : structuram ad normam et libellam fieri, et ad perpendiculum respondere oportet.

52. — Et cisternas arenae purae et asperae quinque partibus, calcis quam vehementissimae duabus construi convenit ; fragmentis silicis non excedentibus libras. Ita, ferratis vectibus calcari solum, parietesque similiter.

Utilius geminas esse, ut in priore vitia considant aquae, atque per colum in proximam transeat maxime pura aqua.

53. — Calcem e vario lapide Cato Censorius improbat.

Ex albo, melior :

Quae ex duro, structurae utilior.

Quae ex fistuloso, tectoriis.

Ad utrumque, damnatur ex silice. Utilior eadem ex effosso lapide, quam ex ripis fluminum collecto ; *utilior e molari*, quia est quaedam pinguior natura ejus. Mirum aliquid : postquam arserit, accendi aquis.

54. — Arena, tria genera :

Fossitia, cui quarta pars calcis addi debet.

Fluviatili aut marinae : tertia.

Si et testae tusae tertia pars addatur, melior materia erit.

Ab Apennino ad Padum, non invenitur fossitia, nec trans maria.

55. — Ruinarum Urbis ea maxima causa :

Quod, furto calcis, sine ferrumine suo caementa componuntur.

*Intrita* quoque, quo vetustior, eo melior.

In antiquarum aedium legibus invenitur, *ne recentiore trima uteretur redemptor* : Ideo, nulla tectoria eorum rimae foedavere.

Tectorium quidem, nisi ter arenato et bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet.

Uliginosa, et ubi salsugo vitiat, testaceo sublini utilius.

In Graecia, tectoriis etiam arenarum qui inducturi sunt, prius in mortariis ligneis vectibus subigunt.

Experimentum marmorati, est in subigendo : donec rutro non cohaereat. Contra, in albario opere : ut macerata calx ceu glutinum haereat.

Macerari non nisi ex gleba oportet....

## B. CONDUITES D'EAU

*Plin. Nat. hist. XXXI, 51. — Vitr. VIII.*

Ceterum a fonte duci fictilibus tubis utilissimum est : crassitudine binum digitorum ; commissuris pyxidatis, ita ut superior intret ; calce viva ex oleo laevigatis.

Libramentum aquae : in centenos pedes, *sicilici*<sup>1</sup> minimum est.

Si cuniculo veniet : in binos actus lumina esse debebunt.

Quam surgere in sublime opus fuerit : e plumbo veniat.

Subiu altitudinem exortus sui.

Si longiore tractu veniet ; subeat crebro descendatque, ne libramenta pereant.

Fistulas : Denum pedum longitudinis esse, legitimum est.

Et, si quinariae erunt, sexagena pondo pendere.

Si octonariae : centena.

Si denariae : centena vicena.

Ac, deinde, ad has portiones.

Denariae appellantur, cujus laminac latitudo antequam curvetur, digitorum decem est ; dimidioque ejus : quinaria.

In omni anfractu, coll[en]iaria<sup>2</sup> fieri, uti dometur impetus, necessarium est.

Item, castella : prout res exiget.

## C. HISTORIQUE ET PROPORTIONS DES ORDRES

*Plin. Nat. hist. XXXVI, 56. — Vitr. III-IV.*

*Interprétation graphique, pl. 95, fig. 1, 2.*

Columnae, in aede densius positae, crassiores videntur.

Genera eorum, quatuor :

Quae sextam partem altitudinis in

Dans un édifice, les colonnes placées plus serrées, paraissent plus épaisses.

Leurs espèces sont (au nombre de) quatre :

Celles qui ont en épaisseur, au bas, la

1. Voir tome I, p. 252.

2. Sans corr. : « collis quinaria », ou « collis quinarii ». Voir tome I, p. 247. Cf. p. 265, Favent. vi, note 2.

crassitudine *ima* habent, Doricae vocantur;

Quae *nonam*, Ionicae;

Quae *septimam*, Tuscanicae.

Corinthiis :

Eadem ratio, quae Ionicis;

Et differentia :

Quoniam, capitulis corinthiarum, eadem est altitudo quae colligitur crassitudine *ima*; ideoque, graciliores videntur : Ionici enim capituli altitudo, tertia pars est crassitudinis.

*Antiqua ratio erat columnarum altitudinis : tertia pars latitudinum delubri.*

*In Ephesiae Dianae aede ..., primum columnis spirae subditae, et capitula addita;*

Placuitque *altitudinis octava pars* in crassitudine, et ut spirae haberent crassitudinis dimidium, *septimaeque partes* detraherentur summarum crassitudini.

Praeter has sunt, quae vocantur *Atticae columnae : quaternis angulis, pari laterum intervallo.*

*sixième partie* de leur hauteur, sont appelées Doriques<sup>1</sup>;

Celles qui (ont en épaisseur) la *neuvième* partie : Ioniques<sup>2</sup>;

Celles qui (ont en épaisseur) la *septième* (partie) : Toscanes.

Pour les Corinthiennes :

Proportion : celle qui (convient) aux Ioniques;

Et différence :

Que, pour les chapiteaux des corinthiennes, la hauteur est celle qui est donnée par l'épaisseur au bas; et, par cette raison, elles paraissent plus grêles; car la hauteur du chapiteau ionique est la troisième partie de l'épaisseur.

*Une antique proportion des colonnes, était la troisième partie des largeurs du sanctuaire<sup>3</sup>.*

*C'est à l'édifice de Diane d'Éphèse que, pour la première fois, des bases furent placées sous les colonnes, et que des chapiteaux furent ajoutés.*

Et on (y) jugea convenable en épaisseur la *huitième* partie de la hauteur<sup>4</sup>, et que les bases eussent la moitié de l'épaisseur, et que les *septièmes* parties fussent déduites pour l'épaisseur au sommet.

Outre ces colonnes, il en est qui sont dites *Attiques* : (colonnes) *quadrangulaires, à côtés d'égale largeur.*

1. Le dorique vitruvien a en hauteur 7 diamètres : la proportion de 6 diamètres est celle que Vitruve attribue au dorique archaïque (IV, 1).

2. Vitruve n'admet pas cette formule absolue : mais il est à remarquer que la proportion de 9 diamètres définit un ionique qui a (tome I, page 95) tous les caractères d'un ordre-type.

3. Proportion qui correspond précisément à la façade du temple toscan (tome I, p. 174) et tend à faire regarder l'ordre toscan comme la tradition d'un dorique archaïque.

4. Assertion concordant avec ce que Vitruve nous apprend de l'évolution de l'ordre (tome I, p. 62). Quant au retrait de 1/7 au sommet du fût, il est celui que Vitruve prescrit pour les colonnes de 25 à 30 p.





## DEVIS DE POUZZOLES

Inscription remontant à l'an 105 avant notre ère, et figurant au *Corpus Inscr. lat.* sous le n° 577 : un des rares exemples latins de ces « devis » qui abondent dans les recueils d'inscriptions grecques. Nous y trouvons les détails cotés d'une charpente archaïque rappelant les avant-toits des temples étrusques ; et des termes de charpenterie qui peuvent servir au contrôle du vocabulaire de Vitruve.

### PRINCIPALES ÉDITIONS :

Poleni et Stratico : *Vitr.*, note au chap. 6 du livre IV.

Egger : *Lat. serm. vetust. reliquiae*, p. 2.

*Interprétation graphique*, pl. 95, fig. 3.

AB COLONIA DEDUCTA

ANNO XC

N. Fufidio N. f., M. Pullio duovir.,

P. Rutilio, Cn. Mallio cos.,

L'AN 90 DE LA FONDATION  
DE LA COLONIE

Étant duumvirs N. Fufidius, fils de N,  
(et) M. Pullius,

Étant consuls, P. Rutilius (et) Cn.  
Mallius,

### OPERUM LEX II :

Lex parieti faciundo in area quae est ante aedem Serapis, propter viam.

Qui redemerit : praedes dato, praediaq. subsignato, duumvirum arbitratu.

In area trans viam, paries qui est propter viam :

### 2° CONTRAT DE TRAVAUX :

Contrat pour ce qui est à faire à une paroi dans l'aire qui est devant l'édifice de Sérapis, le long de la rue.

Celui qui aura eu l'entreprise : qu'il donne des cautions, et souscrive des cautionnements, à l'appréciation des duumvirs.

Dans l'aire (située) par delà la voie (d'accès), la paroi qui est le long de la rue :

In eo pariete medio,  
Ostiei lumen aperito;  
Latum p. VI, altum p. VII facito.

Ex eo pariete,  
Antas duas, ad mare vorsum, proicito :

Longas p. II, crassas p. I : • •

Insuper id :  
Limen robustum longum p. VIII,  
latum p. I : • •, altum p. S —, inponito.

Insuper id et antas :  
Mutulos robustos II, crassos S —,  
altos p. I, proicito in utramq. partem  
p. IV.

Insuper :  
Simas pictas ferro offigito.

Insuper mutulos :  
Trabículas abiegneias II, crassas quo-  
queversus S inponito, ferroque figito.

Inasserato asseribus abiegneis secti-  
libus, crassis quoqueversus — —;

Disponito ni plus S — —;

Operculaque abiegnea inponito ex  
tigno pedario.

Facito antepagmenta abiegnea lata  
S — —, crassa ε<sup>2</sup>, cumatiumque inpo-  
nito, ferroq. plano figito.

Portulaque tegito, tegularum ordinibus  
seneis quoqueversus.

Tegulas primores omnes in antepag-  
mentó ferro figito;

Dans cette paroi, en son milieu,  
Qu'il ouvre la baie d'une porte;  
Qu'il la fasse large de 6 pieds, haute  
de 7 pieds.

De cette paroi,  
Qu'il fasse avancer, vers la mer, deux  
antes :

Longues de 2 pieds, épaisses de 1 pied  
3 (pouces).

Par-dessus cette (baie) :

Qu'il pose un linteau de rouvre, long  
de 8 pieds, large de 1 pied 3 (pouces),  
haut d'un demi-(pied) trois (pouces).

Par-dessus ce (linteau) et les antes :

Deux corbeaux de rouvre, épais d'un  
demi-(pied) deux (pouces), hauts d'un  
pied : qu'il les lance en saillie, des deux  
côtés, de 4 pieds (par rapport à la paroi).

Par-dessus (ce linteau) :

Des chéneaux peints : qu'il les cloue en  
applique à l'aide de (clous de) fer<sup>1</sup>.

Par-dessus les corbeaux :

Deux poutrelles de sapin, épaisses en  
chaque sens d'un demi-(pied) : qu'il les  
pose et cloue à (clous de) fer.

Qu'il fasse le charonnage en chevrons  
de sapin de sciage, épais en chaque sens  
de 4 (pouces);

Qu'il laisse entre (ces chevrons) un  
intervalle d'au plus un demi-(pied)  
3 (pouces);

Et qu'il pose, sur (le chevonnage), des  
plâtelages (débités dans) du bois d'un  
pied.

Qu'il fasse des bandeaux de sapin,  
larges d'un demi-(pied) 3 (pouces), épais  
d'un pouce, et qu'il leur applique une  
moulure, et qu'à l'aide de (clous de) fer  
il la cloue horizontalement.

Et que les auvents, il les couvre de six  
rangées de tuiles à chaque versant.

Les tuiles de première (rangée) : qu'il  
les cloue à (clous de) fer dans le ban-  
deau;

1. C.-à-d. : Au-dessus du linteau on constituera une doucine au moyen de cuvettes de chéneaux en poterie colorée, posées et clouées ainsi que l'indique la figure.

2. Voir note 5, page suivante.

Marginemque<sup>1</sup> inponito.

Eisdem :

Fores clatratas II cum postibus aescu-  
lineis facito, statuito, ocludito picatoque,  
ita ut ei ad aedem Honorus facta sunt.

Eisdem :

Maceria extrema paries qui est :

Eum parietem, cum margine altum  
facito p. X.

Eisdem :

Ostium introitu in area quod nunc est;  
et fenestras, quae in pariete propter eam  
aream sunt : parietem opstruito;

Et parieti, qui nunc est propter viam,  
marginem perpetuam imponito.

Eosque parietes, marginesque omnes,  
quae lita non erunt :

Calce harenato lita politaque, et calce  
uda dealbata recte facito.

Quod opus structile fiet :

In terra, calcis restinctai partem quar-  
tam indito;

Nive majorem<sup>5</sup> caementa struito, quam  
quae caementa arda pendant p(ondo) XV;

Nive angolaria altiore = = E facito<sup>5</sup>.

Et que, sur (le linteau), il pose un  
chaperon.

Ledit (entrepreneur) :

Deux vantaux avec montants de (chêne)  
-aesculus : qu'il les fasse, pose, munisse  
de leurs fermetures et goudronne, ainsi  
que (les choses) ont été faites près de  
l'édifice de l'Honneur.

Ledit :

La paroi qui est à l'extrémité de la  
basse-clôture de l'aire :

Que cette paroi, chaperon compris, il la  
rende haute de 10 pieds.

Ledit :

La baie qui sert actuellement pour  
l'entrée à l'aire (et que doit remplacer la  
porte nouvelle), ainsi que les fenêtres qui  
sont dans la paroi le long de cette aire :  
qu'il les aveugle par une (construction de)  
paroi.

Et, sur la paroi qui est actuellement le  
long de la rue : qu'il pose un chaperon  
continu.

Et, ces parois et tous les chaperons,  
(quant aux parties) qui ne seront pas  
enduites :

Qu'à l'aide de (mortier de) chaux et  
sable, il les fasse enduites et polies, et  
blanchies correctement à la chaux délayée.

(Pour) l'ouvrage qui se fera en maçon-  
nerie :

Que, dans la terre<sup>2</sup> il ajoute une qua-  
trième partie de chaux fusée;

Et qu'il ne maçonne point de moellon  
plus gros que les moellons qui, secs<sup>4</sup>,  
pèsent 15 livres;

Et qu'il ne fasse point de (moellon)  
d'angle plus haut que 4 (plus) un pouce.

1. Ce mot, dont la suite précisera le sens, désigne ici les assises de maçonnerie qui surmontent le linteau et s'arcent avec le sommet de la paroi, soit à la cote 10 pieds.

2. C.-à-d. — à Pouzzoles — « dans la pouzzolane ».

3. Majorem caementa : pour Majore caementa »; et plus loin, « Angolaria altiore ». L'm final ne se prononçant pas, est fréquemment omis dans les textes épigraphiques.

4. Allusion à la pratique de mouiller les moellons avant la pose.

5. Tout à l'heure le signe E s'est présenté comme exprimant l'épaisseur du lambrequin; ici 6 pouces + E expriment la hauteur d'une assise. En attribuant à E la valeur d'un pouce, on trouve, dans le premier cas, une épaisseur de planche bien appropriée à la destination; dans le second, une hauteur d'assise conforme aux usages romains.

Locumque purum pro eo opere red-  
dito.

Eisdem :

Sacella, aras signaque quae in campo  
sunt, quae demonstrata erunt : ea omnia  
tollito, deferto, componito, statuitoque  
ubi locus demonstratus erit duumvirum  
arbitratu.

Hoc opus omne :

Facito arbitratu duovir. et duoviratum  
qui in consilio esse solent Puteolis : dum  
ni minus viginti, adsient cum ea res con-  
suletur.

Quod eorum viginti, jurati, probave-  
rint : probum esto;

Quod iis improbarint : improbum  
esto.

Dies operis : k. novembr. primeis dies.

Pequn. :

Pars dimidia dabitur, ubi praedia satis  
subsignata erunt;

Altera pars dimidia : solvetur opere  
effecto probatoque.

C. Blossius Q. f. H S ∞ D, idemque  
praes;

Q. Fuficius Q. f., Cn. Tetteius Q. f. ;  
Cranus C. f. ; Ti. Crassicius.

Et qu'il nettoie l'emplacement en face  
de cet ouvrage.

Ledit :

Les ex-voto, autels et statues qui sont  
sur le terrain : les choses qui seront dé-  
signées, que, toutes il les enlève, trans-  
porte, rajuste et installe où l'emplacement  
(en) sera désigné à l'appréciation des  
duumvirs.

Tout cet ouvrage :

Qu'il le fasse à l'appréciation des duum-  
virs et des personnages duumviraux qui  
ont place au Conseil à Pouzzoles : pourvu  
qu'au moins vingt d'entre eux soient pré-  
sents quand cette affaire sera en délibé-  
ration.

Soit déclaré bon ce que vingt d'entre  
eux, assermentés, auront jugé bon;

Soit déclaré mauvais ce qu'ils auront  
jugé mauvais.

Jour de (la livraison de) l'ouvrage : les  
calendes de novembre, premier jour.

Argent :

La moitié en sera donnée, dès que les  
cautionnements auront été souscrits à la  
satisfaction (des duumvirs);

L'autre moitié sera soldée à l'achè-  
vement et à la réception de l'ouvrage.

C. Blossius fils de Q. (entrepreneur)  
moyennant 1500 sesterces, et en même  
temps caution;

(Autres cautions :) Q. Fuficius fils de Q. ;  
Cn. Tetteius fils de Q. ; Cranus fils de C. ;  
Ti. Crassicius.

# TABLE DU TOME III

---

## VITRUVÉ, LIVRES VII-X

### LIVRE VII

*Les aires et les revêtements* . . . . . 1

### LIVRE VIII

*Les eaux* . . . . . 59

### LIVRE IX

*La mesure du temps* . . . . . 111

### LIVRE X

*Les machines* . . . . . 165

### TEXTES ANNEXES

*Opuscule de Faventinus et passages de Palladius relatifs à l'architecture.* . . . . 257

*Extraits de Pline l'ancien relatifs à l'architecture.* . . . . 285

*Devis de Pouzzoles.* . . . . 291























VITRUVÉ, LIVRES VII-X

LIVRE VII

*Les aires et les revêtements*

LIVRE VIII

*Les eaux*

LIVRE IX

*La mesure du temps*

LIVRE X

*Les machines*

TEXTES ANNEXES

*Opuscule de Faventinus et passages de Palladius relatifs à l'architecture*

*Extraits de Pline l'ancien relatifs à l'architecture*

*Devis de Pouzzoles*